DE MYTHOGRAPHI VATICANI SECUNDI FONTIBUS

DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
HALENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

FERDINANDUS KESELING
DUDERSTADIENSIS

HALIS SAXONUM
TYPIS WISCHANI ET BURKHARDTI
MDCCCCVIII

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD PHILOSOPHORUM ORDINEM RETTULIT
GEORGIUS WISSOWA

Examen rigorosum habitum est die XV mens. Nov. a. MDCCCCVII

PARENTIBUS CARISSIMIS
SACRUM

Commentationis argumentum.

	pag.
Praefatio	1
Pars prior: Quibus fontibus Myth. II usus sit	6
Caput I: De fontibus, qui hodie extant	6
A. De Servio	6
B. De scholiis Statianis	38
a) De Achilleidis scholiis	38
b) De Thebaidis scholiis	43
C. De scholiis Horatianis	62
D. De Isidoro	64
E. De Fulgentio	67
Caput II: De fontibus, qui aetatem non tulerunt	84
A. De commentariis Vergilianis	84
B. De Fabularum Ovidianarum Narrationibus	98
C. De Hygino	105
a) De Astronomicis	106
b) De Fabulis	109
D. De scholiis Lucanianis	113
E. De scholiis Iuvenalianis	113
F. De reliquis fabulis	114
Pars altera: Caput I: Quae ratio intercedat inter Myth. II et I	116
„ **II**: Quae ratio intercedat inter Myth. II et fontes eius	131
„ **III**: Quo ordine fabulae dispositae sint	136
„ **IV**: Qua aetate Myth. II floruerit	145
Index fabularum	148

Praefatio.

Mythographos Latinos tres in Bibliotheca Vaticana repertos primus Angelus Maius[1]) in lucem edidit nullis fere adnotationibus criticis adiectis neque codicum verbis accurate servatis. Ipse enim in praef. p. XVI nonnullos locos consulto se immutasse testatur: „Quos (sc. lectores) etiam illud non celabo me videlicet complura Mythographorum horum vocabula, quae, ut fit in ethnica mythologia, pudicis auribus ingratiora accidissent, euphemismis commutavisse, utcumque ferent ea fata minores." Sed cum Maius vocabula a se mutata definite significare praetermittat, editionem eius veram codicum Vaticanorum imaginem non praebere apparet. Idem in alteram quoque Mythographorum editionem cadit tribus iam annis post a G. H. Bodio[2]) constitutam; hic enim codicibus Vaticanis non inspectis, quae Maius emiserat iterum litteris mandavit, cum nullum aliud, ut ipse dicit,[3]) atque editionis Romanae necessariis vel certe utilibus commentariis ad rem ipsam pertinentibus augendae ei esset consilium; sed fabulis magna quidem ex parte cum locis similibus collatis hic illic Maii textum emendare conatus est. Postea nemo fere, si discesseris a nonnullis viris doctis, qui quasi in transitu strictimque hanc materiam tetigerint, in perscrutandis nostris fabulis accuratius est versatus. Duobus demum abhinc annis Ricardus Schulz[4]) Mythographi

---

[1]) Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tom. III p. 1—277 et p. 365—374, Romae 1831.

[2]) Scriptores rerum mythicarum Latini tres, Cellis 1834.

[3]) Gött. gel. Anz. 1833 p. 1882.

[4]) De Mythographi Vaticani primi fontibus, Diss. Halis Sax. 1905.

primi fontibus diligentissime indagatis quosnam auctores adierit quaque ratione fontibus usus sit luculenter demonstravit. Nec minus operae pretium me laturum esse duco, cum Mythographi secundi fontes investigare aggressus sim, praesertim cum Bodii opus auctorum libris tunc non affatim suppetentibus hodie non iam sufficiat. Diligentius enim hos scriptores percensenti facile conspicuum erit mythographos, cum insignem prae se ferant inter se similitudinem, aut alium ex alio haud exiguam fabularum partem exscripsisse aut omnes ex iisdem vel vicinis fluxisse fontibus. Ac primum quidem de libris manu scriptis, quibus Mythographus secundus continetur, paucis disseram.

Duo igitur extant codices in Bibliotheca Vaticana Mythographi secundi fabulas complectentes[1]). Alter est codex Suecorum olim Reginae membranaceus (Cod. Vatic. Regin. 1401 arm. 8, fila 2)[2]), qui cum alia tum fol. 1—28 Mythographi primi libros duos et fol. 29—72 Mythographum secundum litteris saec. XII exaratum continet[3]), sed mutilatum duabus lacunis; nam fabulae 146,33[4]) verba *cum victo* continuo sequuntur fabulae 154,43 verba *cum extinctam;* praeterea in fab. 199,21 post *venit urbem* eodem versu sine ullo spatio continuatur *Vulcani manu,* quae sunt verba fab. 205,23. Sed paulo post Maius fortuna prospera usus lacunarum quas dixi explendarum habuit facultatem. Nam cum nonnullos codices e priscis monasteriis oriundos ac tum in Bibliotheca Vaticana sine ordine collocatos perscrutaretur, forte fortuna in codicem saec. XV exaratum chartaceum[5]) incurrit, qui cum alia tum Mythographum secundum, ipsum quoque sine nomine traditum,

---

[1]) cf. Maius, praef. p. VI.

[2]) Cod. Vatic. Regin. = R.

[3]) Has notas P. Ehrle, praefectus Bibl. Vatic., liberalissime mecum communicavit.

[4]) Per totam dissertationem in fabulis afferendis Bodii editionem sequar.

[5]) Hic codex adhuc in Bibl. Vatic. latet.

contininebat. Quo libro cum vetere illo Reginensi collato apparuit utrumque omnibus locis consentire illiusque codicis lacunas hoc recentiore et integro bene expleri. „Secundum ergo Mythographum antiqui codicis auctoritate fultum recentioris beneficio completum exhibemus“ (Maii praef. p. X).

Sed felicissime mihi accidit, ut tertium praeterea codicem duobus a Maio prolatis possim adicere. Benignitati enim G. Wissowa, praeceptoris illustrissimi, notitiam codicis Vindobonensis No. 3120 chartacei saec. XV litteris exarati[1]) debeo, qui Firmiani Lactantii Divinarum Institutionum libris septem aliisque opusculis praemissis inde a fol. 217v — 245r Mythographum secundum usque ad fabulae 152,27 verba *Balearicae minori et maiori* continet. Deinde novem versuum spatio relicto in folio insequenti viginti quinque fabulae ex Argumentis Metamorphoseon Ovidii electae sunt subnexae. Hic codex, quem a viris illustrissimis, qui Caesareae bibliothecae Vindobonensi praesunt, comiter Halas Saxonum transmissum cum textu a Maio et Bodio edito diligenter contuli, haud magnas a duobus codicibus adhuc notis praebet discrepantias. Sed quin ad genuinam archetypi formam recuperandam hac collatione aliquanto propius accesserimus, plane non dubito. Nonnullae autem res satis dignae mihi visae sunt memoratu.

Fabularum ordinem ac dispositionem a librario cod. Vind. adhibitum non plane eundem esse atque in cod. Vat. primum est monendum. Nam fab. 2 cum 1, fab. 90 cum 89, fab. 92 cum 91, fab. 122 cum 121 coniunctae sunt; fab. 137 et 138 locum inter se permutaverunt; fab. 148 in duas est discissa; fab. 149. 150 uno numero 146 continentur. Sed et numeri et magna quidem ex parte quae singulis fabulis superscriptae sunt a manu posteriore addita esse videntur, cum numeri per eas quoque fabulas porrigantur, quae

[1]) Codex Vindobonensis = V.

Mythographo nostro adsutae ex Argumentis Metamorphoseon Ovidii sunt desumptae. Deinde quod ad lectionum rationem attinet, quae inter codicem nostrum et Vaticanum fontesque Mythographi intercedit, ille quamquam et a cod. Vat. et a Mythographi fontibus nonnumquam discrepat, tamen plurimis locis contra Vaticanum cum fontibus conspirat. Quas similitudines graviores certe omnes suo loco afferam. Inde codicem Vind., etsi satis multis vitiis et erroribus sit maculatus, ad exemplum multo melius illo, ex quo codex Vat. fluxerit, redire concludere licet. Itaque codex noster, quod maximum est, ad multos locos sanandos lacunasque explendas utilissimus est, imprimis ad restituenda ea vocabula, quae quia „pudicis auribus ingratiora“ essent, a Maio remota sunt. His enim locis, quibus codex Vindob. contra textum Maii consentiens cum auctoribus a Mythographo descriptis vocabulum minus pudicum offert, dubium non est, quin etiam Vatic. idem habuerit:

	Maius et Bodius:		Fons, Vat., Vind.:
fab. 8,5:	sibi copulavisse	pro	compressisse
fab. 30,1:	rem habuit	„	concubuit
fab. 34,28:	rem habuit	„	concubuit
fab. 35,2:	venerea res	„	venerea voluptas
fab. 47 (p. 14,14):	rem habuit	„	concubuit
fab. 62,2:	rem haberet	„	coiret
fab. 84,8:	rei coniugalis	„	coitus
fab. 106,2:	rem habuisse	„	concubuisse
fab. 112,36:	rem habuit	„	concubuit
fab. 121,10:	rem habuit	„	concubuit
fab. 126,28:	rem habuit	„	concubuit
fab. 132,44:	rem habuit	„	concubuit
fab. 146,32:	amoris	„	coitus
fab. 148,25:	amoris	„	concubitus
fab. 148,27:	complexu	„	compressu.

Non aliter sine dubio in reliquis fabulis res se habet, quamquam codicis Vind. testimonio uti non licet:

fab. 200,$_{43}$:	amore	pro	coitu
fab. 206,$_{44}$:	uxorem ducere	„	concumbere
fab. 207,$_{5}$:	rem habendo	„	coeundo
fab. 211,$_{17}$:	illi nubens	„	cum ea concubuit
fab. 216,$_{21}$:	re coniugii	„	coitu.[1])

Codicis Vind. fabulis sine nomine scriptis propositum est: 'Prohemium in fabulas poetarum', quo quare fabulae vocentur, a quo sint inventae, quae sint fabularum genera, quem ad finem conscribantur, fuse lateque disputatur. Quod prooemium *Prologus in fabularium* subsequitur idem qui in cod. Vat. fabulis praemissus est. Fabulis codicum Vat. inscriptum esse *Incipit capitulatio Mithologiarii* Maass, Die Tagesgötter in Rom und den Provinzen, Berlin 1902 p. 256 adn. 10 docet. Codicem nostrum e vetustiore codice litteris minusculis exarato transscriptum esse cum multis tum fab. 89,$_{9}$ cognoscitur, ubi librarius propter permagnam inter *f* et *s* minusculas similitudinem pro Iasoni fida *Iasonis ida* legit ac scripsit.

Atque haec quidem de tribus qui extant codicibus. Videamus nunc parte huius dissertationis priore, quibus fontibus Mythographus ad fabulas suas conscribendas usus sit, deinde parte altera explicemus, quid sit rationis Mythographo secundo cum primo nec non cum auctoribus, quos adierit, quo ordine fabulas suas composuerit, quae de persona eius atque aetate possint enucleari.

---

[1]) In margine adnotare iuvat, codicem Vindob. usquequaque fere pronomen reflexivum usurpare loco pronominis aut determinativi aut demonstrativi:

pro	*eius*	legimus	*sui*	in	fab.	19,$_{22}$, 96,$_{22}$;
„	*eius*	„	*suo*	„	„	39,$_{38}$, 46,$_{5}$;
„	*eius*	„	*suis*	„	„	85,$_{36}$;
„	*ei*	„	*sibi*	„	„	84,$_{12}$, 85,$_{5}$, 141,$_{20}$;
„	*ipsi*	„	*sibi*	„	„	23,$_{4}$, 37,$_{4}$, 44,$_{7}$, 79,$_{4}$, 80,$_{37}$, 96,$_{22}$, 105,$_{20}$, 114,$_{40}$, 136,$_{1}$, 144,$_{4}$;
„	*ipse*	„	*ille*	„	„	77,$_{3}$;
„	*ipsa*	„	*illa*	„	„	124,$_{39}$;
„	*illi*	„	*sibi*	„	„	44,$_{71}$, 111,$_{22}$.

Pars prior.

Quibus fontibus Myth. II usus sit.

Satis multi sunt auctores, quibus Mythographus noster fabulas suas nec solum earum argumenta et ut ita dicam lineamenta sed etiam singula verba, orationem, sententiarum structuram debet. Nullam enim operam in fabulis elaborandis et componendis Mythographus ipse posuit, sed e fontibus suis plerumque ad verbum eas transscripsit. Quod ut per totum fabularium demonstretur hodie fieri non potest, cum haud pauci fontes a Mythographo in usum vocati ad nostram aetatem non pervenerint. Attamen quales fuerint illi fontes ex ea re cognosci potest, quod apud alios rerum mythicarum scriptores multi loci similes cum Mythographi nostri fabulis ad eosdem fontes revocantur. Ac primum quidem capite I de fontibus, qui adhuc superstites sunt, disseram, deinde cap. II de iis, qui aetatem non tulerunt. Maiores praeterea, quae intercedunt inter Mythographum eiusque fontes, adiciam discrepantias, eos quoque maxime codicis Vindobonensis praedicabo locos, qui lectionem contra codicem Vaticanum priorem (alter codex Vaticanus nullius momenti est, cum omnibus partibus cum priore conspiret) cum fontibus congruentem praebent.

Caput I.

De fontibus, qui hodie extant.

A. De Servio.

Medio aevo quisquis deorum et heroum fabulas ab antiquis narratas cognoscere volebat Vergilium, vatem illum egregium et propter eximiam doctrinam ac sapientiam

summa florentem auctoritate, inspiciebat. Ac si quis sive pueros instituturus sive alius poetae opera interpretaturus has fabulas litteris mandare sibi proposuerat, commentarios multos iam inde a saeculo primo p. Chr. n. a viris doctis conscriptos fontes uberrimos adhibere potuit. De commentatoribus Vergilii, quorum scripta magna certe ex parte periisse valde lugemus, Ribbeck in Proleg. ad Verg. p. 114 sq. disserit. Inter quos Servii, grammatici quarti saeculi, commentarius ad Vergilii carmina propter accuratam in fabulis enarrandis diligentiam primum locum hodie tenet. Quo commentario cum multi grammatici et mythographi inferioris aetatis, velut Lucani scholiasta, Lactantius Placidus, Isidorus, alii usi sunt fonte, tum Mythographus Vaticanus primus et alter, quorum cum Servio consensus plerisque locis tantus est, ut nullo modo in dubium vocari possit, quin ea, quae memoriae prodiderint, magnam partem Servio debeant. Cuius rei unum idque luculentissimum proferam exemplum. In fab. 128,27, quae e S. Ae. VI 617 fluxit, Myth. II locum Horatianum non genuina forma, sed qualem apud Servium legimus, affert. Horatius enim carm. IV 7, 25 *neque enim tenebris Diana pudicum liberat Hippolytum;* contra Servius et Myth. *neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum.* Quaenam Mythographi secundi fabulae e Servii commentario profectae sint, hac quaestione indagare conabor. Sed priusquam ad rem ipsam accedamus, de commentarii traditione paucis disserendum nobis est.

Librorum duplex est genus (cf. Thilo I praef. p. III): alterius generis libri, qui breviores vel vulgati dicuntur, nomen Servii ferunt, alterius generis libros pleniores vel Danielinos primus Petrus Daniel anno 1600 publici iuris fecit. Quem commentarium pleniorem „ab uno homine", qui „Isidoro aliquanto inferior" fuerit, saec. fere VII [1]) con-

---

[1]) Falsam esse H. Zimmeri sententiam (Nennius vindicatus Berlin 1893 p. 238): „Es lässt sich in hohem Grade wahr-

fectum esse Thilo (praef. p. LXVI sq.) probabiliter exposuit. Cuius sententiae accedunt H. Georgii [1]) et Ric. Klotz [2]), qui Danielinum Servium editionem genuini Servii esse aliorum notis auctam et ad antiquiorem commentarium, fortasse etiam ad Isidorum, mythographum aliquem, librum glossarum redire confirmarunt. Haec scholia ad nostram aetatem plane integra conservata esse nemo fere erit qui dicat; namque per longum tempus, quo iterum atque iterum a viris saepe parum curiosis transscriptus est, librum Servianum multis locis plus minus circumcisum mutilatum commutatum esse, interpolationes passum esse, nonnulla scribarum neglegentia omnino periisse luce clarius est. Sed has interpolationes vel lacunas levioris plerumque momenti esse cognosces, si magnum inter commentarii codices consensum spectaveris. [3])

---

scheinlich machen, dass der erweiterte Kommentar des Servius von einem Iren des 8. Jh. herrührt,“ G. Wissowa (Goett. gel. Anz. 1895 p. 740) invictis argumentis demonstravit.

[1]) Die antike Aeneiskritik aus den Scholien und andern Quellen hergestellt. Stuttgart 1891.

[2]) Animadversiones ad veteres Vergilii interpretes, Progr. Treptow a. R. 1893.

[3]) Accuratius mihi Mythographi fabulas cum omnibus commentarii Serviani codicibus, quotquot adhuc innotuerunt, conferenti artiore quodam vinculo Mythographum et codicem A (Caroliruhensem 116 saec. X) inter se coniunctos esse apparuit. Nam omnibus locis, si a levissimis aliquot discrepantiis discesseris, Mythographus eandem quam A lectionem praebet; atque adeo octies solus cod. A contra omnes reliquos cum Mythographo nostro consentit. En loci:

Prooem. v. 19 *et unam deam eademque esse potestate* = S. Ge. I 5 p. 130,25 *unam deam eademque esse potestate* A, *unam* (VM add. *deam*) *eandemque esse potestatem* ceteri.

fab. 18,34 *inferni deus* = S. Ecl. V 66 p. 62,9 *inferni deus* A, *infernus deus* P, *infernorum deus* B, *inferior deus* H, *infernalis deus* R.

fab. 48,22 *recurvum baculum* = S. Ecl. II 31 p. 23,22 *recurvum baculum* add. A, ceteri omittunt.

fab. 48,23 *quia deus* = S. Ecl. II 31 p. 23,23 *quia deus* A, *hic quia* ceteri.

Restat, ut pleniorem an vulgatum Servii commentarium Mythographus ad manum habuerit inquiramus. Nullum equidem locum deprehendi, quo Mythographum Danielina quoque additamenta exscripsisse pateat. Immo plurima sunt testimonia, quibus verba pleniorum librorum propria apud Mythographum nostrum non redire demonstratur; quorum duo protulisse exempla satis habeo (verba pleniori commentario propria litteris inclinatis expressa sunt):

Serv. Ae. IV 242.	Myth. II 43.
Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum: unde virga serpentes dividit, id est venena: nam *serpentes ideo introrsum spectantia capita habent, ut significent inter se legatos colloqui et convenire debere, quia*	Mercurius et orationis deus esse dicitur et interpres deorum: unde virga serpentes dividit, i. e. venena, nam

---

fab. 48,26 *Syringam nympham amasse dicitur* = S. Ecl. II 31 p. 23,26 *aman syringam nimfam amasse dicitur* A, *amasse syringam nympham dicitur* BRM, *aman-syringam nympham dicitur* PH.

fab. 61,26 *unde oscilla* = S. Ge. II 389 p. 254,3 *unde oscilla* A, *unde et oscilla* ceteri.

fab. 95,14 *sonum naribus emiserunt* = S. Ge. I 375 p. 206,12; omnes codices praeter A addunt *turpem.*

fab. 191,36 *ut eam currens in serpentem defigeret* = S. Ecl. V 11 p. 55,20 *ut eam currens in serpentis defigeret vulnere* A, *ut ea currens in serpentis deficeret* (*defigeret* B, *defigeretur* L) *vulnere* PRH.

Sunt etiam loci, quibus Mythographus ab omnibus qui extant codicibus dissentit, veluti in fab. 48,20 *in quo* (sc. *caelo*) *septem sunt planetae,* Serv. *in qua* (sc. *fistula*) *septem soni sunt.* Quae cum ita sint, in errore versari mihi non videor, si Mythographum II e fonte summa affinitate cum cod. A coniuncto hausisse statuo.

bellantes interpretum oratione sedantur: unde secundum Livium legati pacis caduceatores dicunter: sicut enim per fetiales *a foedere* bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. *Quibus caduceis duo mala adduntur unum Solis aliud Lunae. Sane de ipsis serpentibus haec opinio est † Mercurius haec tam fera animalia concordent, nos quoque concordare debere.* *Ἑρμῆς* autem graece dicitur *ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας*, Latine interpres. *Sane caduceum postea . . .*

bellantes interpretum oratione sedantur: unde legati pacis caduceatores dicuntur: sicut enim per feciales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. *Ἑρμῆς* autem graece dicitur, Latine interpres.

Serv. Ae. VII 790.

Haec Inachi filia Argivorum fluminis fuit. Hanc amavit Iuppiter. et dum cum ea esset, Iuno supervenit. Timens ille, ne deprehenderetur, Ionem mutavit in vaccam et eam poscenti dedit Iunoni, ne paelicem confiteretur, cui Iuno Argum, oculatum omnibus membris, Arestoris *sive Terrae* filium, *quem Graeci panopten appellant* custodem adposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium *qui eum cantu fistulae*

Myth. II 89, 2-10.

Io Inachi, Argivorum regis, filia fuit. Cum qua amata Iove morante Iuno supervenit. Timens ille, ne deprehenderetur, Ionem in vaccam mutavit et eam poscenti Iunoni, ne pellicem confiteretur, dedit. Cui Iuno Argum, Aristoclis filium, omnibus membris oculatum custodem apposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium

in somnum compulit interemisset, Iuno eum in pavonem mutavit, Ioni vero immisit oestrum *muscam animalibus infestam*, quo diu exagitata ad Aegyptum venit et Iovis voluntate in Isin mutata *colique coepta* est.	interemisset, Iuno eum in pavonem mutavit. Ioni vero immisit oestrum, quo toto orbe vexata tandem ad Aegyptum venit et Iovis voluntate in Isin mutata est.

Deinceps accedamus ad fabulas a Mythographo e Servii commentariis depromptas.

Prooem. v. 18—23 e S. Ge. I 5 p. 130,24—29.

v. 19 De hoc versu supra p. 8 adn. 3 dixi.

v. 22 post *item* Myth. add. *deam eandem.*

v. 23—24 e S. Ae. IV 638 p. 574,27.

v. 24 *ideo quia incorporea sunt* non est in scholiis; plura in cod. Vind. legimus *ideo quia incorporea sunt, quod volunt corpus assumunt.* Sine dubio Myth. ita in fonte legit; cf. Isid. Or. VIII 11,16: Hi (sc. daemones) corporum aëriorum natura vigent.

fab. 1,2—5 e S. Ge. I 336 p. 201,17—18; 25.

v. 3 *vel propter tarditatem motus* non est apud Servium; cf. Verg. Ge. I 32 *anne novom tardis sidus te mensibus addas* et Probi schol. ad hunc locum.

v. 5—11 e S. Ge. II 406 p. 256,4—9.

v. 7 *vel propter sapientiam, quae intus sit acuta* certe fuit in hoc scholio, ex quo Isid. Orig. VIII 11,32 sua exscripsit: Falcem tenet . . . propter sapientiam, quod intus acuta sit; *quod* pro *quae* etiam in cod. Vind. legimus.

v. 8 *in progressum* Serv. codd. PH, *inprogressum* V, *in progressu* R.

v. 9 Serv.: ideoque eum habere falcem in tutela, quod et ipsa protenta nihil valet.

v. 11—14 e S. Ae. III 104 p. 360,3—5.

bellantes interpretum oratione sedantur: unde secundum Livium legati pacis caduceatores dicunter: sicut enim per fetiales *a foedere* bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. *Quibus caduceis duo mala adduntur unum Solis aliud Lunae. Sane de ipsis serpentibus haec opinio est † Mercurius haec tam fera animalia concordent, nos quoque concordare debere.* Ἑρμῆς autem graece dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, Latine interpres. *Sane caduceum postea . . .*

bellantes interpretum oratione sedantur: unde legati pacis caduceatores dicuntur: sicut enim per feciales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat.

Ἑρμῆς autem graece dicitur, Latine interpres.

Serv. Ae. VII 790.

Haec Inachi filia Argivorum fluminis fuit. Hanc amavit Iuppiter. et dum cum ea esset, Iuno supervenit. Timens ille, ne deprehenderetur, Ionem mutavit in vaccam et eam poscenti dedit Iunoni, ne paelicem confiteretur, cui Iuno Argum, oculatum omnibus membris, Arestoris *sive Terrae* filium, *quem Graeci panopten appellant* custodem adposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium *qui eum cantu fistulae*

Myth. II 89, 2-10.

Io Inachi, Argivorum regis, filia fuit. Cum qua amata Iove morante Iuno supervenit. Timens ille, ne deprehenderetur, Ionem in vaccam mutavit et eam poscenti Iunoni, ne pellicem confiteretur, dedit. Cui Iuno Argum, Aristoclis filium, omnibus membris oculatum custodem apposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium

in somnum compulit interemisset, Iuno eum in pavonem mutavit, Ioni vero immisit oestrum *muscam animalibus infestam,* quo diu exagitata ad Aegyptum venit et Iovis voluntate in Isin mutata *colique coepta* est.	interemisset, Iuno eum in pavonem mutavit. Ioni vero immisit oestrum, quo toto orbe vexata tandem ad Aegyptum venit et Iovis voluntate in Isin mutata est.

Deinceps accedamus ad fabulas a Mythographo e Servii commentariis depromptas.

Prooem. v. 18—23 e S. Ge. I 5 p. 130,24—29.

v. 19 De hoc versu supra p. 8 adn. 3 dixi.

v. 22 post *item* Myth. add. *deam eandem.*

v. 23—24 e S. Ae. IV 638 p. 574,27.

v. 24 *ideo quia incorporea sunt* non est in scholiis; plura in cod. Vind. legimus *ideo quia incorporea sunt, quod volunt corpus assumunt.* Sine dubio Myth. ita in fonte legit; cf. Isid. Or. VIII 11,16: Hi (sc. daemones) corporum aëriorum natura vigent.

fab. 1,2—5 e S. Ge. I 336 p. 201,17—18; 25.

v. 3 *vel propter tarditatem motus* non est apud Servium; cf. Verg. Ge. I 32 *anne novom tardis sidus te mensibus addas* et Probi schol. ad hunc locum.

v. 5—11 e S. Ge. II 406 p. 256,4—9.

v. 7 *vel propter sapientiam, quae intus sit acuta* certe fuit in hoc scholio, ex quo Isid. Orig. VIII 11,32 sua exscripsit: Falcem tenet . . . propter sapientiam, quod intus acuta sit; *quod* pro *quae* etiam in cod. Vind. legimus.

v. 8 *in progressum* Serv. codd. PH, *inprogressum* V, *in progressu* R.

v. 9 Serv.: ideoque eum habere falcem in tutela, quod et ipsa protenta nihil valet.

v. 11—14 e S. Ae. III 104 p. 360,3—5.

v. 11 post *ratio est* Serv.: quia dicitur deus esse aeternitatis et saeculorum.

v. 12 cf. Fulg. I 2 p. 18,1—2: Filios vero suos comedisse fertur, quod omne tempus quodcumque gignat consumit. *Quodcumque* V, *quicquid* R.

v. 13 *contra* omittunt Servius, schol. Achill., cod. Vind.

v. 22—27 e S. Ae. I 133 p. 58,17—21.

fab. 2 e S. Ae. I 47 p. 32,12; 16—17.

Similia narrat Fulg. I 3 p. 18,15.

Haec fabula in cod. Vind. fabulae Saturni subnexa est numero non distincta, sed vocabulum *PRimum* (v. 29) a duobus litteris maiusculis incipit; cf. supra p. 3.

fab. 3,33—37 e S. Ae. I 394 p. 132,17—22.

v. 33 Serv.: Aquila, quae in tutela Iovis est, quia dicitur dimicanti ei contra Gigantes fulmina ministrasse. *Iovis armiger* aquila appellatur in Verg. Ae. IX 564, schol. Theb. III 532, a Myth. I 184,12.

v. 34 Serv.: quia per naturam nimiae est caloris.

v. 35 uterque codex *lapidem gigantem*; legendum est *gagaten*, ut in schol. Luc. VI 676: Aquilam dicunt tanti caloris esse physici, ut ova quae fovet decoquat, nisi admoveat gagaten lapidem, qui calorem temperet. Quo de lapide Plinius nat. hist. X 12: Tribus primis et quinto aquilarum generi inaedificatur nido lapis aetites, quem alii dixere gagiten (gagaten R[2]), ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens.

v. 37—43 e S. Ae. IX 561 p. 357,15—22.

v. 41 Serv. et V: cuius cum vicisset auspicio.

fab. 5,10—16 e S. Ae. VII 790 p. 195,8—15.

Eadem Mythographus fab. 89 narrat.

v. 11: recte *Arestoris* (Apollod. bibl. II 6 Wagner); hoc corruptum est in *Aristoris* FGT; ex hoc: *Aristodis* LARSHM et cod. Vind.; longissime corruptela progressa est in cod. Vat.: *Aristoclis*.

v. 13 In cod. Vind. post *Iuno* spatium quinque fere litterarum relictum a manu posteriore vocabulo *yo* expletum est.

v. 14 *ne Iuppiter ad eam posset accedere* non est in schol.

v. 16 *et in suam tutelam recepit* add. Myth. e v. 9 huius fabulae.

fab. **6**,20—23 e S. Ae. IX 5 p. 309,3—5.

v. 20 *Iunonis ministra*, quod a scholio abest, Iris appellatur a Verg. Ae. VI 694 et IX 2.

v. 23—25 e S. Ae. IX 2 p. 307,16—17.

v. 23 *Iris dicitur quasi erinis* V.

v. 25—28 e S. Ae. V 606 p. 636,24—26.

v. 28—30 e S. Ae. IV 700 p. 585,17—20.

v. 28 *cui varios colores creantur;* hoc plane sensu cassum est. Serv. *cui varios colores illa dat res, quia* ... Haud dubium est, quin oculus scribae in versum subsequentem aberraverit; quo factum est, ut verba *varios creant colores* cum verbis superioris versus *varios colores illa dat res* confunderentur.

v. 29 Serv.: quia aqua tenuis, aer lucidus et nubes caligantes inradiata varios creant colores (inradiant ista et varios creant colores F, inrideat et varios creant colores C, inradiata ista varios creant colores Isidorus). Is qui codicem Vat. confecit, verborum sententiam non intellexisse vel parum diligenter exemplum descripsisse videtur. Mythographum cum Servio in universum consentire cod. V testatur: cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus inradiata varios creant colores.

fab. **7**,32—37 e S. Ae. I 47 p. 32,12—16.

v. 34 Similiter Isid. Or. VIII, 11,70: dicunt ... coniugem, quod commixta concordat.

v. 35 cf. Fulg. I 3 p. 18,22—19,1.

v. 36 Serv.: subiectus est igni, id est Iovi; Myth. *igni* et *Iovi* concinnitatis gratia permutavit.

fab. 11,26—28 e S. Ae. VI 395 p. 62,12—14.

v. 26 Serv. et V: Vel quia Cerberus terra est, id est consumatrix (consumptrix FCM) omnium corporum. Unde et Cerberus dictus, quasi creoborus, id est carnem vorans. Idem schol. Luc. VI 702.

fab. 13,2—5 e S. Ae. III 209 p. 380,7—8.

v. 2 *quae et ipsae furiae vocantur* non est hoc loco in scholio, sed cf. v. 22 huius fabulae.

v. 3 Vind. *Ello*.

v. 5 *Perhibentur autem canes esse Iovis* cf. v. 13 huius fabulae.

v. 10—13 e S. Ae. III 241 p. 384,13—20.

v. 11 V inepte: unde et in silvis habitant.

v. 12 Serv. post *tenentes* secundum alios Harpyias Neptuni filias esse dicit, quod a Mythographo omittitur.

v. 13—25 e S. Ae. III 209 p. 379,21—380,6.

v. 15 *prohibentur arripere* V, quod sententiae accommodatum non est; Serv. *perhibentur* FCE, *dicuntur* LHM.

v. 15 Locus est apud Verg. Ae. VI 606.

v. 21: ulul. N (= enim) lar per umbram V.

v. 25 Cod. Vind. eadem verba subiungit, quae etiam apud Servium hoc loco legimus: Has Vergilius tres dicit: Aello, Ocypete, Celaeno, Apollonius duas, quem in XII Vergilius sequitur.

fab. 16,7—13; 18—21 e S. Ae. III 104 p. 359,25—360,2.

v. 7 *Themidis, id est terrae antistitis* non est in schol.; cf. fab. 73,29: Themidis, quae antistes Terrae fuisse traditur. Cui auctori Myth. hanc etymologiam debeat, non patet; id unum constat, cum plerumque Terra Themidis mater sit (Hes. Theog. 135), ab Aeschylo, qui fabulam in Attica pervulgatam sequitur, Promethei matrem et Themidem et Terram appellari, Prom. 209:

ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις
καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία κτλ.

v. 8 *secundum quosdam Protei oraculo* inseruit Myth. e schol. Theb. IV 784 p. 253,14.

v. 9: de regno depelli V.

v. 9 *praecepit* — 10 abest a Servio.

v. 13 post *commendavit* Myth. om. *ubi eum aluerunt apes,* infra (v. 21) de apibus copiosius disputaturus.

v. 21 e S. Ae. III 111: Corybantes... quasi δαήμονες, qui totum sciunt.

v. 21—24 e S. Ge. IV 150 p. 332,7—9.

fab. 17,31—40; 5—27 e S. Ae. III 73 p. 351,8—352,8.

v. 31 *Titanis scilicet filiam* addit Myth. e schol. Theb. IV 795, ubi Asterie Titani (ita etiam V) filia appellatur.

v. 32 Cod. Vind. accurate cum Servio congruit: illa optavit a diis, ut in avem converteretur.

v. 33—34 add. Myth. e sch. Theb. IV 795; idem etiam Hyg. fab. 53 p. 59 narrat.

v. 37 *et Ortygia dicta* ex eodem schol. Theb.

v. 6 *Ortygia* male omittitur a V.

v. 11 pro *Luna* Servius *Iuno*, quod Mythographus fabulam 15,1—2 respiciens in *Luna* mutavit; idem est in Servii schol. ad Ae. IV 511: Tria Virginis ora Dianae iteratio est: Lunae, Dianae, Proserpinae.

v. 15 Serv. et V *latentibus ventis sicut Lucanus „quaerentem erumpere ventum“* (*ventum* om. V) *credidit.* Librarius cod. Vat. verba *quaerentem erumpere ventum* Lucani esse non vidit; itaque sententiae structuram commutavit.

v. 16: terrae motus caruit V.

v. 21 Serv. et RV *primam noctem fuisse*, quod Bodius corr. in *primum.*

v. 22 Serv. et V *qui est Apollo;* sed cum verbis *id est Diana* lectio cod. Vat. magis concinit *id est Apollo.*

v. 24 *dicitur* om. Serv. et V.

v. 27 stultissime V: manifesta illic dantur miracula.

fab. 18 e S. Ecl. V 66 p. 62,3—10.

v. 33 pro *quadrigam, quae etiam* RV *scribe meum quae etiam*; Serv. cod. A, ad quem Myth. proxime accedit (cf. p. 8 adn. 3) *gripe meum quae etiam.* Scribendum igitur est non, ut Maius et Bodius voluerunt, *quadrigam, quae etiam*, sed *gripem, quae eum*; cf. Claud. VI cons. Hon. v. 30:

At si Phoebus adest et frenis grypha iugalem
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe.

v. 35 Serv. cod. A: Unde etiam (ita etiam V) Apollo dictus est *ΑΠΟΛΙΝ.* Mythographi verba apud Fulg. I 12 p. 23,4 legimus: Apollon enim Graece perdens dicitur. Quod Bodius pro *late* coniecit *latine*, in ipso cod. Vind. legitur. Scribendum est *graece . . . latine perdens.*

fab. 28,12—14 e S. Ge. III 391 p. 307,22—23.

v. 13 Serv. et V: et sic eam in suos illexit amplexus.

fab. 30,27—29 e S. Ae. V 801 p. 649,27—650,2.

v. 27 Servius et Myth. eos sequuntur, qui Venerem e Caeli sanguinis guttis procreatam esse fingunt; ita etiam Myth. III 1,7; cf. Cic. de nat. deor. II 63: Nam vetus haec opinio Graeciam opplevit exsectum Caelum a filio Saturno; idem III 62. III 59: quattuor Veneres: Venus prima Caelo et Die nata. Isid. Or. VIII 11,32. schol. Luc. VIII 456.

v. 30 *ἄφρος enim Graece spuma dicitur* Myth. apud Fulg. II 1 p. 39,14 vel apud Isid. Or. VIII 11,76 legere potuit, sed procul dubio in Servii scholio haec verba fuerunt, ex quo Fulg. et Isid. ea hauserunt.

v. 30—31 e S. Ae. VIII 373 p. 256,4—5.

v. 30 Myth. *in primis,* Serv. *a principio.*

v. 31—33 Similia Myth. I 43,37 sq. narrat, qui e S. Ae. VI 14 sua deprompsit; apud Fulg. quoque p. 47,2—6 idem aliis verbis narratur.

v. 31 apud Bodium offendit; quomodo legendum sit, V docet: Postea autem perpetrato ab ea cum Marte adulterio.

v. 33 post *circumcinxit* Vind.: 'Saturnus Graece coro-

nos dicitur id est tempus. Abscisae ergo vires temporis id est fructus falce, in humoribus viscerum velut in mare proiectae libidinem creant.’ Haec ad verbum fere cum Fulg. II 1 p. 39,21 congruunt. Nisi Maius haec suppressit, nescio an pudor quidam eum, qui codicem Vat. conscripsit, prohibuerit, quominus ampliorem huius delicatae fabulae mysticam explanationem lectoribus praeberet; eadem maxime de causa in v. 35 post *geritur* omisisse videtur, quae in V legimus: ‘De mari autem ideo, quia dicunt physici sudorem salsum, quem semper elicit coitus.’ Ad verbum haec conspirant cum S. Ae. V 801 p. 650,5—6.

v. 33—35 e S. Ae V 801 p. 650,3—4.

fab. 35,2—6 e S. Ae. I 664 p. 190,26—191,3.

v. 3 *amoris deum* add. Myth.

v. 5 Serv. et V *dicant.*

v. 6—7 add. Myth. ex versibus 8. 9. 10. 11. 13 huius fabulae; qua de re infra.

fab. 36,19—30 e S. Ae. I 720 p. 199,20—200,4.

v. 19—24 enuntiatorum ordinem Myth. immutat.

v. 23 Serv. et V *quia inicit curas.* V omittit *quas Graeci ἀκίδας dicunt* et versus 25—27.

v. 26 *et sine simulatione* non est in schol.

fab. 37,40—3 e S. Ecl. IV 62 p. 53,3—9.

v. 41 Serv. et V *est praecipitatus.*

v. 42 *absinthio* RV; recte Serv. *a Sintiis.*

v. 3—7 e S. Ge. III 113 p. 285,13—17.

v. 4 Vind.: Minervae coniugio, illa eo spreto reluctante, effectum libidinis proiecit in terram (haec etiam apud Servium). Quo Minerva pudore permota, pede pulverem iniecit. Unde natus est . . . (haec apud Hyg. Astr. II 11 p. 47). Conferas, quae ad fab. 30,31 supra annotavi.

v. 14—16 e S. Ge. III 113 p. 285,17—18.

fab. 38,21—26 e S. Ge. IV 111 p. 328,3—10.

v. 23: meruit esse deus et numen hortorum V.

fab. 40,19—28 e S. Ae. VIII 414 p. 262,5—11.

v. 20—24 Myth. inseruit e S. Ae. VIII 454 p. 268,9—11.

v. 25 pro *quodque* Serv. et V *quod quia*.

fab. 41,2—3 e S. Ae. I 297 p. 110,6.

fab. 43,29—32 e S. Ge. IV 463 p. 355,14—17, quem ad verbum Isid. Or. III 21,8 exscripsit.

v. 31 Serv. et V *putrefacta*.

v. 32 Serv.: percussa a Mercurio sonitum dedit.

v. 40—3 e S. Ae. IV 242 p. 508,1—11.

v. 2 Ἑρμῆς V omisit quinque fere litterarum spatio relicto.

fab. 46,37—4 e S. Ae. III 113 p. 363,17—24.

v. 35—37 Myth. e versibus 38. 40. 1. 3 huius fabulae addidit.

v. 4—6 add. Myth.; hac de re infra.

fab. 47,8—11 et p. 14,9—18 e S. Ae. III 113 p. 363,3—17.

v. 9 *Schoenei filia* Myth. non e Danielino Serv. addidit, quem ignotum fuisse Mythographo nostro supra p. 9 demonstravi, sed in fonte invenit, cum et Philarg. et Prob. Ecl. VI 61 idem ostendant.

p. 14,13 Serv. et V: in luco matris deum amoris impatientia cum victa concubuit.

p. 14,16 quod in R offendit, Serv. et V recte praebent: ne secum umquam leones coirent.

fab. 48 e S. Ecl. II 31 p. 23,14—24,1.

v. 14 Serv. et V *id est omne* pro *nempe omne*.

v. 20 Serv. *in qua* (sc. *fistula*) *septem soni sunt*. Quod Mythographus praebet *Fistulam septem calamorum habet propter harmoniem caeli, in quo septem sunt planetae*, similiter apud Philarg. Ecl. II 32 p. 38,14 legimus: ‘Pan, pastoralis deus, per cornua solem significat et lunam, per fistulam septem planetas stellas.’ V verba confudit: in qua quattuor sunt ut Vergilius septem discrimina vocavit.

v. 22 *calauropam* R, *carauro rapa* Serv. cod. A et cod. Vind.

v. 23 Serv.: qui in se recurrit.

v. 25 Serv. et V: Ergo Pan secundum fabulas.

fab. 49,31—32 e S. Ae. VII 91 p. **133,3—4**.

v. 32 *et responsa dat* non est in scholio.

v. 32—36 e S. Ae. VII 47 p. 129,13—16.

v. 33 omnes Serv. codd. *fatuclus* (*fatudus* L, *fatuelus* H), Myth. I 227,28 et II *fatuus*. Hoc Myth. II vel e suo vel ex Myth. I correxit, sed non huic noster fabulam debet, sed Servio, cum in v. 35 addat *id est fando*, quod a Myth. I abest.

fab. 51,13—15 e S. Ae. I 132 p. **58,11—13**.

v. 15—17 e S. Ae. I 71 p. 40,15—18. Myth. verborum structura plane mutata hanc fabulam narrat. Idem cadit in

fab. 52 e S. Ae. I. 52 p. **33,23—34,5**.

v. 21 *quarum nebulis* V; cf. Serv. *ex quarum nebulis*.

v. 22 Serv. et V *ab imperitis*.

fab. 53,37—7 e S. Ae. III 578 p. **440,1—10**.

Serv. et Vind. v. 38 *acceperimus*; v. 39 *quemadmodum*; v. 3 *de aliis*.

v. 6 Serv. *de humillimis*.

fab. 54 e S. Ae. VI 134 p. **29,16—30,4**.

v. 11—13 add. Myth. e. S. Ae. VI 324 p. **55,28**.

v. 18 Serv. et V: quae est aeternitati contraria.

fab. 56 e S. Ae. VI 585 p. **81,21—25**.

v. 27 *a Iove fulminatus* abest a Servio, sed Hyg. fab. 61 p. 61: ob id a Iove fulmine est ictus.

fab. 57 e S. Ae. X 189 p. **411,15—26**.

v. 33 Serv. et V: ut si vere (*vere* V om.) esset eius filius.

v. 35 Serv.: ut eius currus agitaret; Vind.: petiit, ut ille eius se currus agitare liceret.

v. 1 *Fletusa et Lampedusa* RV; Serv. *faetusa* M, *fletusa* rel.; *lampetusa* plur. libri, *lampetie* Hyg. fab. 156. Recte Bodius *Phaetusa et Lampetie.*

v. 2 Serv.: ut hic dicit, in populos, ut in bucolicis, in alnos. Codicum Berolinensium ad Luc. II 411 scholium continentium alter *sorores Phaethontis sunt mutatae ibi in alnos*, alter *sorores Phaethontis in populos conversae sunt* tradidit.

fab. 61,38—4 e S. Ge. II 380 p. 251,17—22.

v. 15—42 e S. Ge. II 389 p. 253,24—254,16.

v. 30 Scholion non est in V.

v. 31 Serv. *quae suspendebantur per intercolumnia* (*id est inter duas columnas* add. M) *ita, ut* . . . Itaque verba Myth. *inter duas columnas,* cum scholion ea esse appareat, uncis includenda sunt, non, ut Bodius fecit, verba *inter columnia.*

v. 33 Recte Servius: id est moverent, ad risum populo commovendum.

fab. 62,2—5 e S. Ge. III 93 p. 283,27—284,2.

v. 4 Serv.: equum, qualem potuit nomen imitari.

v. 5 *Habitavit autem in Pelio, Thessaliae monte* e S. Ge. III 94 p. 284,13.

fab. 64,42—5 e S. Ecl. VI 42 p. 72,5—13.

v. 2 *macies et morbos* RV Serv. codd. RPH, *mulieres et morbos* L, *mulieres id est maces et morbos* A, *mulieres et imbres morbos* B, *febres et morbos* vulgo, *febres id est macies et morbos* Myth. I 1,7, *morbos et macies* Myth. III 10,10. Bergk PLG III 135 pro lectione vulgari *febres et morbos* aperte corrupta aut *feminas et morbos* aut *febres et mulieres* reponendum censet; mihi scripturam et sententiae et ceteris codicibus optime convenientem Mythographus II praebere videtur *macies et*

morbos; scholium *febres et mulieres* ad hunc locum in margine positum postea in textum irrepsit. Myth. I 1,24: Hinc est, quod igne rapto ab iratis numinibus morbus hominibus dicitur immissus.

v. 3 Serv. *in monte Caucaso.* Myth. add. *Scythiae* e S. Ge. II 440 *Caucasus mons Scythiae,* vel e S. Ae. IV 367 *Caucasus mons Scythiae inhospitalis.* In fab. insequ. v. 25 Caucasus *mons positus est circa Assyrios.*

v. 4 *ferrea catena XXX milia annorum,* quod abest a Servio, legimus in Hyg. Astr. II 15 p. 53,19.

fab. 65,20—40 e S. Ecl. VI 42 p. 72,14—73,9.

v. 22 Serv.: Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας id est a providentia (prudentia Serv. R). Vind.: Prometheus dictus id est a prudentia.

v. 26 Serv. et V *unde etiam maiora.*

v. 28 *quia acris sollicitudo est* R, *quod acri sollicitudine est* V, *quod aroc est sollicitudo* Serv. cod. A. Non est, cur a Vaticani lectione recedamus.

v. 29 Serv. et V: siderum omnes deprehenderat motus.

v. 32 post *indicavit* Serv.: unde caelestem ignem dicitur esse furatus.

v. 33 Serv. et V *ab eodem.*

v. 36 Serv. et V *qui eo igni exustus est.* Haec lectio praeferenda est.

fab. 66 e S. Ge. III 532 p. 317,29—318,4.

v. 43 Serv.: pestilentia enim, quae per Atticam, ut diximus, transierat, universa consumpserat.

v. 1 *duo sacerdotes filii* R; sed recte Serv. et V *duo sacerdotis filii.*

v. 5 *altera itaque die* RV; Serv. et Bod. *altero itaque die.*

v. 6 Melior est lectio cod. Vat. et Servii codicum praeter M *sacerdotis iuvenes* quam Vind. et Serv. cod. M *sacerdotes iuvenes.*

fab. 69 e S. Ae. I 27 p. 23,8—10.

v. 35 *regis Troiani* a Myth. additum est.

fab. 72 e S. Ge. III 268 p. 296,29—297,2.

v. 20 Serv.: Potnia civitas est, de qua fuit Glaucus. Vind. *Ponunia* pro *Potnia.*

fab. 82 e S. Ge. I 14 p. 134,24—27.

v. 25 *Cheam* RV et Serv. codd. AHM, *Chean* P, *Ceam* LVR, *Chion* Bodius. Recte *Ceam;* cf. Verg. Ge. I 14: cui pinguia Ceae; Ovid. Her. XIX 222: Cingitur Aegaeo, nomine Cea, mari.

fab. 87,14—25 e S. Ae. VI 321 p. 55,11—21.

v. 19 Cum R et Servio *defecta* scribere malim; ita etiam schol. Luc. V 138.

v. 22 Serv.: qua visa, quia erat de eius insula, in mortem est soluta. Hoc additamentum codd. ASM omittunt.

v. 23 *Romana facta* V stultissime. Hanc fabulam de Sibylla iisdem fere verbis in schol. Luc. V 138 invenimus.

v. 25—29 e S. Ae. III 445 p. 421,8—12.

v. 26 Recte Servius: nam Sibylla appellativum est nomen, adeo ut Varro quot Sibyllae fuerint scripserit.

v. 27 corruptus est. Cum Servio scribendum est: nam Aeolii σιοὺς dicunt deos.

fab. 88 e S. Ae. VI 72 p. 17,15—18,4.

v. 31 Serv.: mulierem nomine Amaltheam.

v. 35 *Alia die* RV pro *alio die* ut in fab. 66,5 *altera die.*

v. 36 Serv.: 'tribus incensis reversa est et tantumdem poposcit, item tertio aliis tribus incensis cum tribus reversa est et accepit, quantum postulaverat.' Nescio an oculus librarii a priore *reversa est* ad alterum transsiluerit.

v. 38—39 non est apud Servium.

fab. 89,2—10 e S. Ae. VII 790 p. 195,8—17.

v. 5 *Aristodis* V, *Aristoclis* R; cf. quae supra p. 12 de hoc nomine dixi; similiter schol. Luc. I 103.

fab. 90 e S. Ae. VIII 696 p. 302.

v. 17 Non cum RV *per fistulam,* sed cum Servio *per situlam* scribendum est.

v. 17 *omnifluentiam lacrimarum* R. *Omnifluentiam* vocabulum inauditum, haud dubie contractum est ex *omnium fluentiam*, id quod probant cod. Vind. *omnium fluentiam* et Servius *fluentiam omnium lacunarum* (*lacrimarum* AS). *Omnifluentiam lacrimarum* R; *omnium fluentiam aquarum lacrimarum* V. Optime *lacrimarum,* nam Aegyptii ipsorum vel Isidis lacrimis propter maritum dilaniatum effusis Nilum crescere credebant; cf. schol. Theb. I 265: ... quia proventum fructuum quaerunt Aegyptii usque ad veros planctus; nam irrigatio Nili supra dictorum fletibus imploratur.

fab. 92 e S. Ge. I 166 p. 171,8—14.

Mythographus enuntiatorum ordinem immutat.

v. 27 post *membra* om. Myth. *a Typhone dilaniati,* quia in fab. praeced. 91 hoc iam narravit.

fab. 94 e S. Ae. IV 609 p. 570,7—10.

v. 5 *id est Persephonem* add. Myth.; *Prosephnen* V.

v. 7—9 cum Servio et V legendum est: per trivia (*eam vel* add. Serv.) perque (*per* V) quadrivia vocabat clamoribus. Unde permansit in eius sacris, ut certis diebus per compita a matronis exerceatur ululatus (*exercebatur* omisso *ululatus* V).

fab. 95 e S. Ge. I 378 p. 206,9—14.

v. 12 Serv.: ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem.

fab. 100 e S. Ge. I 39 p. 142,3—16.

Cod. Vind. stultissime in v. 12 *Proserpinam a Plutone natam* (cf. fab. 96,18: Ceres cum Proserpinam natam quaerere non desisteret) et in v. 16 *in Elysio gramine*.

v. 18—19 quos apud Servium non iam invenimus, tamen in hoc scholio fuerunt, cum redeant in Probi comm. ad hunc locum (p. 354,20): 'Cum autem indicium fecisset Ascalaphus, Orphnes et Acherontis filius, eam tria grana mali punici in horto Ditis devorasse, mutatus est in avem bubonem.' Idem R. Foerster (Raub und Rückkehr der Persephone, Stuttgart 1874 p. 291) vidit: „Fab. 100 ist geschöpft aus Ge. I 39, als dieses Scholion noch die Verwandlung des Ascalaphus, welche beim Myth. steht (indignata . . bubonem) enthielt". Et in adnot.: „Servius selbst zur Ae. IV 462 bezieht sich auf diese Erwähnung der Verwandlung in der Anmerkung zu Ge. I 39. Myth. Vat. I fand die Erwähnung schon nicht mehr."

fab. 102 e S. Ae. VI 603 p. 84,1—14.

Complura Myth. e. S. Ge. III 7 p. 273 inseruit:

v. 17 *volens divinitatem eorum tentare* = p. 273,15 et v. 23 *ossa tamen reservans* = p. 273,20 *ossa tantum reservans;* Vind. *ossa tandem reservans*.

v. 22 *quae cunctos solvit* V contra sententiam.

v. 27 *fame deficiens* neque in Serv. schol. ad Ae. neque ad Ge. est.

v. 27: per haec autem avaritia significatur Serv.; per quem igitur avaritia fingitur V.

v. 28 Apud Servium et Hor. Sat. I 1,69 locus ita traditur:

. . . . quid rides? mutato nomine de te
fabula narratur.

fab. 104 e S. Ae. VI 595 p. 82,6—10.

v. 7 *tantae* — 8 est lemma scholii inseqentis: Per tota novem cui iugera corpus porrigitur.

v. 10 *renascentibus semper fibris* abest a Servio, sed

cf. schol. Theb. I 710 p. 72,10: cuius iecur a vulture tunditur, in aeternitatem supplicii pullulantibus fibris.

v. 10: ut vultures . . exedant V.

fab. 105,22—35 e S. Ae. VI 596 p. 82,20—83,9.

v. 28 Vind. et Serv. codd. praeter AS *re semel peracta*; cum Vat. scribere malim *res semel peracta*.

v. 29 Serv.: ‘per eos, super quos iamiam casurus imminet lapis, superstitiosos significari.’ Hoc corruptum est a Myth. in . . . . *lapis superstando designari*.

fab. 107,20—30 e S. Ge. III 115 p. 285,24—286,6.

v. 22 Serv. *illique cursu non sufficerent*. Schol. Luc. III 198 hanc fabulam de Centauris e Servio satis accurate exscripsit.

fab. 108,32—37 e S. Ae. VII 304 p. 150,19—22.

v. 32 *Thessalicae gentis* add. Myth. e fab. **106**,37.

v. 34 Centaurorum nomina a Servio non allata Myth. depromere potuit a Verg. Ge. II 455 sq:

Bacchus et ad culpam causas dedit; ille furentis
Centauros leto domuit, Rhoecumque Pholumque
Et magnum Hylaeum Lapithis cratere minantem.

v. 40—42 e S. Ae. VI 448 p. 69,13—17.

fab. 109 e S. Ae. VI 618 p. 87,14—17.

Myth. I 205 alteram quoque scholii partem, qua de Coronide agitur, exscripsit, sed Myth. II, quia p. 81 Coronidis fabulam iam narravit, hanc omisit.

fab. 119,7—13 e S. Ge. I 12 p. 133,16—20.

v. 7 *in acropoli, Athenarum arce* non est apud Servium, sed cf. Brev. expos. in Ge. I 18 p. 205,15: Cum ergo inter Minervam et Neptunum de terra Attica esset contentio, primum Minerva in arce Athenarum olivae arborem protulisse fertur. Vind. *Cum incopoli Thebarum*.

v. 10 *cum tridente* abest a Servio, cf. Prob. Ge. I 18 p. 352: Neptunum tridente percussisse arcem ...

v. 11 *olivam iactavit* V.

v. 13—14 add. Myth. fortasse e fab. 39,42.

v. 14—21 e S. Ae. VIII 128 p. 217,22—218,2.

v. 14 *quia Minervae munus praelatum est dono Neptuni* non est in scholio.

v. 15 *iudicatur* Bodius, *indicatur* RV; Serv.: unde cum eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem.

v. 20 Serv. et V *inertia et imbecillitas.*

v. 21 *homines* pro *oves* V, sed male, nam Serv. Dan. inseruit *oves unde lana, e qua vittae;* praeterea *oves* R et omnes Servii codices.

v. 21—27 e S. Ge. I 12 p. 133,23—134,2.

v. 22 *Scythium* M, *scithium* APV, *scynthium* H, *scithium alii chitum* L, *scicium* Vind. Verum equi nomen est σκυφίος, quo a schol. Pind. Pyth. IV 246 appellatur; ita etiam Probus ad Ge. I 12 *Scyphios.* Hoc nomen ei fuit in Thessalia, in Boeotia vero et Arcadia Ἀρείων dicebatur (Preller-Robert, Griech. Mythol. I p. 590).

Sironem Vind. et A, *schironem* LV, *cyronem* H, *scironem* M. Secundum schol. Theb. IV 43 Neptunus duos equos procreavit: Neptunus ... in Thessalia terram tridente percussit, subitoque mirum dictu solo prosiluerunt duo equi: Scyphos et Arion.

v. 22 *quem Adrastus in Thebano proelio habuit* cf. sch. Theb. IV 43 p. 191,7: hic Arion natus est Neptuni munere et terrae, equus nimiae velocitatis, quem nunc Adrastus curru iunctum ducebat ad bellum.

fab. 121 e S. Ae. VI 14 p. 5,24—6,9.

v. 3 *adamantinis;* talem fuisse catenam Fulg. II 7 p. 47,4 testatur: ille (sc. Sol) adamante catenas effecit ambosque religans diis turpiter iacentes ostendit.

v. 5 Serv. et RV *ingenti,* Bodius *ingente.*

v. 7 *ea incendente* neque in schol. neque apud Myth. I 43,4 est.

fab. 122 e S. Ae. VI 14 p. 6,9—14.

v. 16 Serv.: Atheniensibus (ab Atheniensibus M) et vicinis Megarensibus coniuratis occisus est.

v. 17 *quorum rex Nisus erat* add. Myth. e S. Ecl. VI 74: altera vero Scylla fuit Nisi, Megarensium regis, filia.

v. 19 *pater eius* add. Myth. e suo.

fab. 123 e S. Ecl. VI 74 p. 79,12—23.

v. 25 post *moveret* Myth. omittit *propter filii Androgei interitum, quem Athenienses et Megarenses dolo necaverant,* quia in fab. praecedente de hac re iam egit.

v. 26 *Megarensium regis* add. Myth. e fab. praecedentis v. 17.

v. 29—30 et 33—33 absunt a Servio; sed cum etiam Philarg. comm. Ecl. VI 74 p. 123, Probi comm. Ecl. VI 74 p. 346, Brev. expos. ad Ge. I 404 et 205 fusius hanc fabulam tractent, Mythographum pleniorem ad manum habuisse librum elucet; praeterea cf. schol. Bern. ad Ge. I 404: Nisus . . . qui parricidii exsequens poenas Cirim hostili mente persequitur.

v. 33 Lectio cod. Vind. *odio furti* propter verba explicantia *id est crinis* melius ad sententiam quadrare mihi videtur.

fab. 124,36—39 *fuisset* e S. Ae. VI 14 p. 6,17—19.

v. 36 a Myth. additus est, quo artius hanc fabulam cum prioribus coniungeret. Servii scholion ex parte certe scholiasta ad Luc. II 612 exscripsit. Sed Myth., cum ad Servii verba multo propius accedat, Lucani scholiasta auctore usus non est.

v. 7—9 e S. Ge. I 222 p. 184,1—3.

v. 8 *septem lampadibus insignitam* non est in scholio. Plerumque auctores novem stellas coronae tribuunt, veluti

Eratosthen. Catast. V p. 68; schol. in Germ. Arat. p. 384; Hyg. Astr. III 4 p. 82; Ov. Fast. III 515 sq.

v. 9 Serv. et RV *ad uxoris insigne.*

fab. 125,16—24 e S. Ae. VI 14 p. 6,21—7,5.

Mythographus postquam priore huis fabulae parte de morte Aegei, Thesei patris, egit, pergit v. 16: Quae cum omnia factione Daedali Minos deprehenderat effecta e. q. s. Quae verba non ad id, quod praecedit, sed ad ea, quae de Daedalo in fab. 124 narrata sunt, spectare perspicuum est. Recte in Servii scholio haec verba fabulae Thesei per Daedalum e labyrintho liberati subnexa sunt. Itaque verba inde a v. 6 usque ad v. 18 tamquam interpositio separanda sunt.

v. 20 post *ceram* Myth. male *et pennas* omisit.

v. 22 *primus Sardiniam* V, recte Serv. *primo Sardiniam.*

fab. 126 e S. Ae. VI 14 p. 7,6—11.

v. 26 Serv.: dicendo autem Vergilius: 'ut fama est' ostendit requirendam esse veritatem.

fab. 128,37—23 e S. Ae. VII 761 p. 192,15—193,8.

v. 37 *Aegei et Aethrae filius* add. Myth.; ita Theseus appellatur ab Hyg. fab. 14 p. 46,1.

v. 1 *tunc marinum deum* add. Myth. e fab. 125, in qua Aegeum in mare se praecipitasse narravit.

v. 4—5 neque in hoc scholio neque apud Myth. I 46 sunt; Myth. II e S. Ae. VI 445 p. 68,1 eos excerpsit, quo loco eadem fabula in brevius contracta narratur.

v. 7 *filiae Phlegyae* v. 11 *pennarum candore plumatum* v. 12 *et in suam tutelam recepit*	add. Myth. e fab. 22,32. 38. 39.

v. 14—15 Myth. non ex hoc scholio exscripsit, in quo Apollinem propter Aesculapium filium a Iove interfectum iratum esse narratur, sed e S. Ae. VI 618 p. 87,17—20;

nam hoc in scholio Apollinis ira propterea commovetur, quod Phlegyas templum Delphicum incendit.

v. 15 post *incendit* Vind.: 'Unde eius sagittis ad inferos est trusus. Sed Aesculapium postea Iuppiter (desideratur: propter) revocatum Hippolytum interemit. Unde iratus . . .' Prius enuntiatum Myth. e S. Ae. VI 618 p. 87,20, alterum e S. Ae. VII 761 p. 192,26 desumpsit. Sine dubio Mythographi verba sunt, quae in cod. Vind. legimus; nam Vaticani lectio offendit, quod non propter Phlegyam, qui Apollini poenas iam exsolverat, sed Aesculapii a Iove interfecti ulciscendi causa Apollo Cyclopas sagittis confixit.

v. 18 *circa Amphrysum, Thessaliae fluvium* e S. Ae. VI 398 p. 63,2.

v. 24 e S. Ae. V 95 p. 604,11: singula enim numina habent inferiores potestates ministras.

v. 25—27 e S. Ae. VI 617 p. 87,7—10.

v. 26 Locus Horat. est in carm. IV 7, 25, de quo supra p. 7.

fab. 129 e S. Ae. I 535 p. 164,9—165,5.

v. 31 *qui et Pelargus dicitur* e schol. Theb. VII 256.

v. 33 Serv. et V *aliquid.*

v. 34 *sine coniuge* om. Serv. et Myth. I 32; Myth. II add. e schol. Theb. III 27 p. 140,2, ubi eadem fabula aliis verbis narratur.

v. 40 *Terrae auxilio* add. Myth. e schol. Theb. III 27 *Terrae ope.*

v. 42—43 e schol. Theb. III 27 p. 140,7—8.

fab. 131,32—37 e S. Ae. VI 288 p. 51,14—20.

v. 34 Serv. *iuxta quod sunt leones*; hanc veram esse lectionem, cod. Vind. testatur *iugata quod sunt leones.*

fab. 142,2—15 e S. Ae. III 209 p. 379,2—21.

v. 7 *Zethum* R, *Zetum* V. Filii Boreae verum nomen est Zetes: Apollod. bibl. I 111; Ov. met. VI 716: 'implumes Calaisque puer Zetesque fuerunt.' Sed Servius compluriens

Zethum scripsit, veluti hoc in scholio et praeterea in schol. ad Ae. X 350 *a Zetho et Calai;* ita etiam Fulg. III 11 p. 79,19 *Zetus et Calais.*

v. 8—9, quos Bodius uncis inclusit, e sch. Theb. XII 630 *Orithyia Erechthei filia. Hanc Boreas Thracius rapuit a flumine Eliso. Elisso* R, *Eliso* V; Apollod. bibl. III 199: *Ὠρείθυιαν δὲ παίζουσαν ἐπὶ Ἰλισσοῦ ποταμοῦ ἁρπάσας Βορέας συνῆλθεν.*

v. 14 Serv. et V *Quorum conversio.*

fab. 145 e S. Ae. I 317 p. 114,24—115,2.

v. 21 Omnes Servii codices *a Getis.*

fab. 146 e S. Ge. III 7 p. 273,6—14.

v. 29 Vind. *aut victor* (ita etiam Serv. codd. ABV) *necaretur.*

v. 29—31 *Tantali . . . anteiret* add. Myth. e sch. Theb. VI 261, ubi eandem fabulam in brevius contractam legimus.

v. 30 Schol. Theb. et V *qui ab Neptuno aptos . . .*

v. 34 *ab ea praecipitatus est in mare* V, sed non recte, nam fab. insequ. v. 37: Mercurius aegre ferens a Pelope . . . Myrtilum filium suum in pelagus praecipitatum.

fab. 148,28—34 e S. Ae. VIII 288 p. 239,5—9.

v. 29—30 *Mercurium* non est in scholio. Vind. sententiae structura cum Servio conspirat: Sed cum Iuno (omnes a Iove natos praeter Mercurium odio habens V) duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus . . .

fab. 149. 150,36—39 e S. Ae. VI 392 p. 62,1—4.

v. 39 *agnomina abac* (spatium 7 fere litterarum rel.) *fortis inducitur* V.

v. 39—6 e S. Ae. VI 395 p. 62,7—15.

v. 1 Serv. et V *omnes cupiditates.*

v. 5 Serv. et RV *nam* (*non* add. Serv. cod. M) *ossa citius terra consumit.* Locus corruptus est. Bene Bodius

eum sanare conatus est: nam carnem citius terra quam ossa consumit.

fab. 152,25—35 e S. Ae. VI 662 p. 179,8—23.

v. 23—25 a Myth. ipso fabulae praepositi sunt.

v. 26 Serv.: quae adiacent Hispaniae: Baliaricae minori et maiori et Ebuso. Vind.: quae subiacent Hispaniae, Balearicae minori et maiori.

v. 27 *Pityusae*, Serv. *Ebuso.* Ebusus maxima est insularum Pityusarum, cf. Pauly-Wissowa s. v. Ebusus.

v. 29 *bovesque eius abduxit* non est in schol.

v. 33 Servius recte *Pompei.*

v. 35 *Boale;* Serv. *Bauli,* cf. Symmach. epist. I 1 (p. 2,8 Seeck) *boalia.*

v. 36—37 add. Myth. e S. Ae. VIII 268 p. 233,8: cum ab ipso Evandro Herculem constet esse susceptum.

fab. 153,39—6 e S. Ae. VIII 51 p. 206,12—26.

v. 6 *a Turno interfecto* non est in schol.

v. 13—21 e S. Ae. VIII 190 p. 227,8—16.

v. 18—19 cf. Fulg. II 3 p. 42,11—12.

v. 21—32 e S. Ae. VIII 269 p. 233,20—30.

fab. 156 e S. Ae. I 570 p. 173,1—4.

Omnium codicum solus Parisinus P s. IX—X cum Mythographi verbis consentit. Eadem fere Serv. Dan. ad hunc locum narrat.

fab. 157 e S. Ge. III 5 p. 272,15—17.

fab. 159 e S. Ae. VIII 291 p. 239,24—240,1.

v. 39 *ideo quod eam fuerat dehortatus.* Sententia non intellegitur; recte Servius *quod eum fuerat filius dehortatus.*

v. 3 Serv.: propter nuptias sibi denegatas.

fab. 161,19 *quem*—24 e S. Ae. IV 484 p. 552,9—13.

v. 22 Serv.: nam μῆλα dicuntur, unde μηλονόμος dicitur pastor ovium.

fab. 165,11—29 e S. Ae. III 402 p. 413,26 – 414,20.

v. 12 recte Serv. *in Oeta* (*ethna* E) *monte;* ita etiam schol. Luc. VIII 800: Oeta mons in Thessalia, ubi Hercules crematus est et sepultus.

v. 12 *qui fuit de Meliboea civitate Thessaliae* aut e schol. praecedente p. 413,21 sumptum est aut in ipso hoc scholio fuit; nam schol. Luc. VI 354 idem narrat: Meliboea civitas est Thessaliae, de qua fuit Philoctetes, Poeantis filius, comes Herculis.

v. 13 *de omnibus reliquiis suis intimavit* non est in schol.

v. 21 Serv. *pede locum percussit.*

v. 28—29 apud Servium initio scholii sunt: Petilia dicta vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι i. e. volare, quod captato augurio est condita, vel quod post relictum Ilium, quo ducebatur a Graecis, eam petivit civitatem.

fab. 166,31—36 e S. Ae. VIII 342 p. 249,10—13.

v. 33 *templum refugii* R, *templum Minervae* Myth. I 60,33, *locum refugii* schol. Luc. I 97; cum Servio scribendum est *templum misericordiae.* Ita etiam in schol. Stat. Theb. XII 497: Hyllus ... et reliqui ... hanc aram consecrasse memorantur asserentes apud Athenas tantummodo sedes Misericordiam (Misericordiae Pb) posuisse. Apollod. bibl. II 167: *Οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα ἦλθον εἰς Ἀθήνας καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι.*

fab. 167 e S. Ae. V 824 p. 652,9—13.

fab. 169 e S. Ae. III 420 p. 417,11—23.

v. 12 *Creteidos* Serv., *Cretidos* R; corr. Bodius *Crataeidis;* cf. Hom. μ 124: *Κράταιιν μητέρα τῆς Σκύλλης*; Ov. met. XIII 748 *Crataeide natam;* Hyg. fab. 199 p. 127 *Scylla Crataeidis fluminis filia;* Philarg. et Prob. Ecl. VI 74 *Crataeidis.*

v. 13 *marinus deus, Anthedonis filius* add. Myth. e praeced. fab. v. 4 et 10.

v. 18—19 add. Myth. e S. Ecl. VI 74 p. 79,8—10, quo in scholio eadem fabula paulo brevius narratur.

fab. 170 e S. Ae. III 420 p. 417,26—418,2.

v. 26 Serv. *femina fuit voracissima*, quod propter versum 28 *nam sorbet universa* vocabulo *ferocissima* (R) praeferendum est; cf. etiam schol. Luc. I 547: Fuit autem meretrix voracissima, quae e. q. s.

fab. 171 e S. Ae. I 67 p. 39,6—11.

v. 34 Serv. *Quo vellet* (*Quo volueris* KL).

v. 35 Serv.: Liber ait ad Naxum insulam sibi sacratam.

v. 36 *illi spe praedae inducti* non est in schol.

v. 39 *et facti sunt delphini* abest a Servio; narratur in Apollod. bibl. III 38; Ov. met. III 582 sq.; Hyg. fab. 134 p. 114.

fab. 174,15—19 e S. Ecl. IX 39 p. 114,27—115,2.

v. 18 Serv. et R *ab Acide Acilius*; Bodius correxit *ab Acide Acis*; cf. Serv. Dan. Ecl. VII 37: Acin . . . cuius cruorem Galatea vertit in fluvium, qui eius retinet nomen; Ov. met. XIII 895:

> Acis erat; sed sic quoque erat tamen Acis, in amnem
> versus, et antiquum tenuerunt flumina nomen.

v. 19—24 e S. Ae. III 636 p. 447,3—8.

v. 22 *quia*—23 Servius multo brevius narrat: quia prudentia plus videbat.

fab. 175 e S. Ge. I 399 p. 208,9—14.

v. 27 *prohibitus esset et isset* Serv. V, *prohibitus esset* Serv. H. Myth. I 9,25. Schol. Bern. cod. B, *prohibitus isset* Serv. codd. reliqui. Myth. II. Schol. Theb. IX 361 codd. praeter L, *prohibitus esset ire* schol. Bern. cod. C, *prohibitus esset et ivisset* schol. Bern. cod. M; *prohiberetur ire* schol. Theb. cod. L.

Optimum mihi videtur *prohibitus isset*, quia haec sententia est: cum, quamquam prohibitus erat, tamen isset.

fab. 176 e Ṡ. Ae. V 128 p. 609,12—15.

v. 35 Serv.: quae ad imitationem quasi idem facit.

fab. 178 e S. Ge. I 20 p. 137,1—5.

fab. 179 e S. Ge. II 84 p. 225,23—25.

fab. 181,39—2 e S. Ecl. III 63 p. 38,6—9.

v. 2—3 e S. Ecl. III 106 p. 42,25.

fab. 182 e S. Ae. I 693 p. 195,6—8.

fab. 183 e S. Ae. IX 4 p. 308,4—7.

fab. 184 e S. Ae. VII 678 p. 181,4—17.

v. 18 post *sustulerunt* Serv.: qui a fonte haud longe erat.

v. 20 Serv. codd. SRFl ut Mythographus; *quam rem frequenter efficit fumus* reliqui.

fab. 186 e S. Ae. II 21 p. 218,24—219,1.

fab. 187 e S. Ae. VII 734 p. 189,14—18.

v. 2 Bodius et R *Sebethridis*, Verg. Ae. VII 734: Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha fertur. Post *Sebethidis* Servius: haec autem est iuxta Neapolim.

fab. 189 e S. Ecl. V 11 p. 55,22—27.

fab. 191 e S. Ecl. V 11 p. 55,15—21.

v. 36 Serv. codd. praeter A: ut ea currens in serpentis deficeret vulnere nec transiret in filium.

fab. 193,16—19 e S. Ae. II 610 p. 308,11—13.

v. 19 *imminentibus promissis* sensu cassum est; *imminentibus Mysiis* Serv. Dan. et C, *misiis* P, *mystis* LH, *hostibus* MEl Myth. III p. 174,19. Sine dubio cum Servio Dan. et C legendum est *imminentibus Mysiis*.

v. 20—36 e S. Ae. I 550 p. 168,26—169,10.

v. 23—30 neque in hoc neque in alio Servii scholio legimus; similia narrat Serv. Dan. ad Ae. V 30. In scholio aliquo Servii haec extitisse valde mihi probabile est, cum totam reliquam Laomedontis fabulam Mythographus Servio debeat.

v. 32 *ne ad cetos religaretur* Myth. e S. Ae. V 30 p. 592,25 transscripsit.

fab. 199,12—16 e S. Ecl. VI 43 p. 73,24—27.

v. 16—27 e S. Ae. I 619 p. 181,12—20.

v. 18 *rex Troianorum* add. Myth. e fab. 193,16.

v. 19 *simulavit* — 21 *venit* Myth. e S. Ae. II 312 p. 271,5—8 inseruit.

fab. 200,1 *septimo*—25 ad verbum Myth. exscripsit e S. Ae. II 81 p. 230,21—231,16.

fab. 201 e S. Ae. XI 260 p. 508,24—29.

v. 27 *Amymones et Neptuni filius* add. Myth. e fab. praecedentis initio. Rem ipsam schol. Luc. V 236 quoque narrat.

fab. 202,33—42 e S. Ae. II 116 p. 237,7—16.

v. 38 *qui erat astutissimus* non est in scholio.

Serv.: cum . . . adducta Iphigenia in eo esset, ut immolaretur.

v. 7—22 e S. Ae. II 116 p. 237,17—238,5.

v. 7—10 in scholio breviores sunt.

v. 14 *et*—15 Serv. *et Ariciam detulit*.

v. 19—20 e schol. Theb. VIII 437 p. 399,4—6: et super aram Dianae impositi flagellis verberabantur tam diu, donec ex humano corpore sanguis flueret, qui instar esset sacrificii.

fab. 207 e S. Ae. II 201 p. 253,10—16.

v. 43 *ad Troiam* add. Myth.

v. 3 *sacerdos Cereris* ineptum est; cum Servio *sacerdos certus* legendum est.

v. 5 Serv.: cum suis filiis interemptus est.

fab. 208 e S. Ae. III 297 p. 394,19—395,3.

v. 8—9 apud Servium non legimus; sed talia primitus in hoc scholio extitisse eo apparet, quod vocem (sc. Andromachen), ad quam pronomen demonstrativum *hanc* in scholii versu 21 referri possit, desideramus. Mythographum igitur nostrum pleniorem Servii librum ad manus habuisse luce clarius est.

v. 13 *qui* — 17 apud Servium in fine huius scholii sunt.

v. 22 *praedicens* — 24 *perituros* add. Myth. e S. Ae. II 166 p. 247,18: quamquam praestiterit Pyrrho, ut per terram rediret, dicens omnes Graecos, quod et contigit, naufragio esse perituros. Hunc locum Mythographo scholii versus 26 indicavit: propter supra (sc. II 166) dictum beneficium.

fab. 210 e S. Ae. III 121 p. 365,7—13.

v. 42 Serv. *in tempestate devovit.*

fab. 212,23—27 e S. Ae. VII 19 p. 127,9—13.

fab. 213 e S. Ae. VII 190 p. 141,10—14.

v. 29 Serv.: et eius volentis est sortita coniugium.

fab. 214 ad verbum exscr. e S. Ecl. V 10 p. 55,4—12.

fab. 215 accuratissime exscr. e S. Ae. VI 447 p. 69,9—12.

fab. 216 e S. Ae. VII 445 p. 68,2—16.

v. 15 *canem velocissimam* Serv. AM Myth. II, *canem velocissimum* rell. et Myth. I 44,42.

v. 15 *Lampadam* R, quod Bodius recepit, in *Laelapa* corrigendum est. *Lampas* canis Daphnes fuit (Aelian de nat. anim. XI 13); *Laelaps* Cephali canis vocatur in Hyg. fab. 189 p. 120,18. Ov. met. VII 770. S. Ae. VI 445. Myth. I 44,42.

v. 16 *quia venator erat*, quod in codd. non est, a correctore cod. Serv. Carolir. A saec. X supra versum additum est.

v. 17 *ut spreta uxore sua eam amet* non est in scholio. *Eumque in amplexus rogavit* plurimi Servii codd., *eumque in amplexibus rogavit* Serv. codd. SM. Ita fortasse legit Mythographus, qui artiore necessitudine codicem M attingere mihi videtur; sed cum sententiam non esse perfectam vidisset, lacunam e Myth. I 44,43 *eumque complexa rogavit, ut spreta uxore sua eam amet* explevit.

v. 28 *quae tamen moriens, ne Auroram duceret, postulavit* corrector cod. Carolir. in margine addidit; Myth. haec fortasse e Myth. I 44,9 derivavit.

fab. 217 ad verbum exscr. e S. Ecl. VI 78 p. 80,20—81,11.

fab. 218 e S. Ge. III 258 p. 296,16—20.

Accuratissime cum hoc scholio congruit cod. Pc schol. Theb. VI 541 p. 325 adnot.

v. 5—6 iam in eo libro deerat, ex quo Pc hausit.

fab. 219,10—13. 31—36 e S. Ae. I 651 p. 188,6—16.

v. 12 Serv.: nam vitari magis debuit nomen extincti.

v. 13 Post *veritas* Serv.: Hymenaeus quidam apud Athenas inter bella saevissima virgines liberavit, quam ob

causam nubentes . . .; sed Myth. his paucis verbis non contentus integram narrare vult Hymenaei fabulam; itaque schol. Theb. III 283 adit.

fab. 224 e S. Ecl. VI 72 p. 78,4—5; 24—27.

v. 22 *Apollinis et Mantus filius* add. Myth. e fab. 86,9.

fab. 228 e S. Ge. II 161 p. 235,11—20.

v. 10 Serv.: In Baiano sinu Campaniae contra Puteolanam civitatem lacus sunt duo. Ad hunc locum Bodius p. 109 annotat: Vocem *Baias* Maius de suo addidisse videtur, nam litteris quas vocant Italicis exarata est.

v. 17 Post *posset* Myth. omisit: et fluctus non essent molesti.

B. De scholiis Statianis.

a. De Achilleidis scholiis.

Quoniam scholia ad Statii Achilleidem novissime a Ric. Jahnke una cum Lactantii Placidi commentario in Statii Thebaidem conscripto Lipsiae 1898 edita maximam partem e Servii commentario ad Vergilii carmina fluxisse atque etiam haud paucas Mythographi II fabulas cum eis consentire constat, hoc loco inquirendum nobis est, quid sit rationis inter Mythographum nostrum et Achilleidis scholiastam. Qui haec scholia composuerit, idemne sit ac Statii Thebaidis interpres, nondum satis est expeditum. Equidem contra Kohlmannum[1]) ad Thilonis[2]) senten-

---

1) Gymn. Progr. Emden 1887 p. 15.
2) Servii comm. vol. I praef. p. XXXVI.

tiam a R. Klotz[1]) pluribus argumentis defensam accedo Achilleidis commentarium non ab eodem esse confectum a quo commentarium Thebaidis. Iam omnes locos similes per singulas partes accuratius comparabo.

Nonnulla scholia e Servio exscripta et cum Servio et cum Mythographo II ad verbum congruunt, ut nihil possit inde concludi. Sunt autem haec:

fab. 16,7—13; 18—21	= S. Ae. III 104 p. 359,25—360,2
	= sch. Ach. 387 p. 498,25—499,1.
fab. 108,40—2	= S. Ae. VI 448 p. 69,13—17
	= sch. Ach. 264 p. 497,19—23.
fab. 121	= S. Ae. VI 14 p. 5,24—6,9
	= sch. Ach. 192 p. 494,21—495,4.
fab. 122	= S. Ae. VI 14 p. 6,9—14
	= sch. Ach. 192 p. 495,4—10.
fab. 199,16—27	= S. Ae. I 619 p. 181,12—20
	= sch. Ach. 397 p. 499,21—28.

E quattuor aliis scholiis Ach. e Servio ad verbum descriptis et ipsis nihil effici potest, quia Mythographi verba ab utroque scholiasta valde discrepant:

fab. 1,11—14	cf. S. Ae. III 104 p. 360,3—5
	et sch. Ach. 387 p. 499,2—4.
fab. 54	cf. S. Ae. VI 134 p. 29,16—30,4
	et sch. Ach. 480 p. 501,10—17.
fab. 124,36—6	cf. S. Ae. VI 14 p. 6,13—19
	et sch. Ach. 192 p. 495,10—14.
fab. 132,1—8	cf. S. Ae. VI 121 p. 26,12—16
	et sch. Ach. 180 p. 494,6—11.

---

[1]) De scholiis Statianis commentatio, Gymn. Progr. Treptow a. R. 1895 p. 5.

Quodsi **fab. 199,27—36** cum sch. Ach. 397 p. 500,2—11 contuleris, maior consensus inter Mythographum et schol. Ach. esse videtur quam inter Mythographum et S. Ae. X 91. 92 p. 396,24—397,14. At hoc scholion Ach. non ad Servium redit (scholiasta enim iam supra in schol. 21 Servium exscripserat), sed ad alium commentarium ad Vergilii carmina conscriptum revocandum est, ut ne hinc quidem quicquam possit probari.

fab. 201 propius ad schol. Ach. 93 p. 492,1—5 quam ad Serv. Ae. XI 260 p. 508,24—29 accedit. Omnes tres adscribam:

schol. Ach. 93	Myth. II 201	S. Ae. XI 260
Huius pater mortem dolens Nauplius nomine revertentibus Graecis post deletam Troiam tempestate laborantibus montem Caphareum ascendit et elata facula signum dedit vicini portus. Qua re decepti sunt Graeci et per rimosos scopulos pertulere naufragia.	Palamedis autem pater Nauplius, Amymones et Neptuni filius, filii morte dolens revertentibus Graecis post deletam Troiam tempestate laborantibus montem Caphareum ascendit et elata facula signum dedit vicini portus. Unde decepti Graeci per rimosos scopulos pertulere naufragia.	Nauplius, Palamedis pater, dolens filium suum factione interemptum, ut in secundo memoravimus, cum videret Graecos tempestate laborare, montem Caphareum ascendit et elata facula signum dedit vicini portus, qua re decepti sunt Graeci et inter asperrimos scopulos naufragium pertulerunt.

Omnino vero a nostris scholiis Servianis absunt, quae in fab. 134,33—1; 135,22—24; 136,42—11; 205 legimus, nisi quod in nonnulla vestigia apud Servium incurrimus:

fab. 134,33—1 = sch. Ach. 65 p. 489,15—26.
Simillima cod. Guelf. Serv. ad Ge. I 219 praebet.

fab. 135,22—24 = sch. Ach. 65 p. 490,3—5.

fab. 136,42—11 = sch. Ach. 65 p. 490,1—11; sed Myth. rem paulo plenius narrat. Qui etiam a S. Ge. II 140. sch. Theb. V 475. schol. Luc. IV 57 eandem fabulam tractantibus aliquantum discrepat.

fab. 205,40—1 = sch. Ach. 91 p. 490,29—491,2;
v. 12—16 = „ „ 91 p. 491,2—5;
v. 16—18 = „ „ 134 p. 493,3—6;
v. 19—26 = „ „ 175 p. 493,26—494,1;
v. 36—41 = „ „ 134 p. 493,6—8.

Apud Servium aliquot huius fabulae partes redeunt: v. 2—12 similiter sed brevius narratur in solo cod. P (s. IX—X) Serv. Ae. I 27 p. 22 annot. Thilo.
v. 16—18 = S. Ae. VI 57 p. 14,21—23;
v. 19 = S. Ae. III 321 p. 397,21;
v. 26—31 = Serv. Dan. Ae. I 483 p. 153,19—23;
v. 31—41 = S. Ae. III 321 p. 397,21—398,2.

Contra **fab. 74**,6—13 (= sch. Ach. 12, 13) ex eo fonte fluxit, cui scholiasta Thebaidis IV 570. Hyginus fab. 7 p. 41. Serv. Ecl. II 24 sua debent.

Restant quinque fabulae, quarum summa cum Servio et schol. Ach. similitudo primo statim obtutu in oculos incurrit. Quas si percensueris, Mythographum artiore necessitudine Servium quam schol. Ach. attingere confiteberis:

fab. 6,20—26 = S. Ae. IX 5 p. 309,35 et IX 2 p. 307,16
= sch. Ach. 220.

fab. 17,31—40. 5—27 = S. Ae. III 73 p. 351,8—352,5
= sch. Ach. 206.

Myth. et Serv.	schol. Ach.
v. 34 mare	maria
v. 37 superferri aquis coepit	aquis superferri coepit
v. 9 unde cum Diana sit virgo	unde Diana quamvis virgo sit
v. 15 quaerentibus erumpere, sicut Lucanus credidit	om.
v. 26—27 Myth. et Serv. ad verbum congruunt.	enuntiatis immutatis alio loco (sch. 388) haec narrant.

fab. 126 = S. Ae. VI 14 p. 7,6—10
= sch. Ach. 192.

Myth. et Serv.	schol. Ach.
v. 29 Minotaurum dicitur	dicitur Minotaurum
v. 29—31 congruunt	om.

fab. 193,16—19 = S. Ae. II 610 p. 308,11—13
= sch. Ach. 89.

S. Ae. II 610	Myth. II 193	schol. Ach. 89
Sed constat Laomedontem supradictis diis certam vovisse pecuniam ad sacra facienda: quam imminentibus Mysiis transtulit ad murorum fabricam.	Laomedon, rex Troianus, cum Troiam aedificaturus esset, Neptuno et Apollini ad civitatis constructionem conductis, certam ad sacra facienda pecuniam devovit; quam imminentibus promissis ad murorum fabricam transtulit.	Sed constat Laomedontem supradictis diis certam vovisse pecuniam ad sacra facienda. quam post conditam Troiam dare noluit. Ergo damnatum ostendit ...

Accedit, quod etiam altera maior pars fabulae e Servii commentario fluxit (v. supra p. 35).

fab. 200,1—25 = S. Ae. II 81 p. 230,20—231,16
= sch. Ach. 93.

Myth. et Serv.	schol. Ach.
v. 2 ducens	v. 10 trahens
v. 3 enim	v. 12 om.
v. 8 est vehementer	v. 16 vehementer est
v. 12 Priami nomine ad Palamedem	v. 20 ad Palamedem Priami nomine
v. 13 secretum	v. 22 certum
v. 15 fecit occidi	v. 23 iussit occidi
v. 18 in tentorio eius	v. 26 in eius tentoriis
v. 22 *ut*—25 congruunt	om.

Mythographus cum omnes fabulas cum Achilleidis scholiis congruentes in commentariis Vergilianis invenire posset, sine ulla dubitatione hunc solum auctorem secutus est, praesertim cum quinque fabulas etiam ab Ach. scholiasta narratas certe e Servio profectas esse supra evicerim. Sed quid de fab. 201, quae cum schol. Ach. magis quam cum Servio conspirat, censendum est? Quae quamquam primo obtutu scholia Ach. quoque a Mythographo exscripta esse perspicue demonstrare videtur, tamen persuadere mihi non potuit, ut a sententia mea recederem; nam fabulam 201 e schol. Ach. fluxisse propterea non existimo, quod fabula antecedens, quae de Palamede agit et ab Ach. scholiasta in eodem scholio narratur, certe, ut supra p. 35 demonstravi, non ex hoc scholio, sed e Servio derivata est. Itaque cum nulla Mythographi fabula ad Achilleidis scholia certe possit revocari, non est, quod fontem ea Mythographo secundo fuisse statuamns.

b. De Thebaidis scholiis.

Ad Statii Thebaidem scholia antiquitus sub Lactantii Placidi nomine tradita ad aetatem nostram pervenerunt. Scholiasta ille Lactantius Placidus quis fuerit quibusque temporibus vixerit nondum satis constat. Cuius commen-

tarium primum a Tiliobroga a. 1600 editum novissime Ric. Jahnke Lipsiae 1898 recensuit iis tantum libris collatis, quibus soli commentarii traduntur. Sed cum praeter codices a Jahnkio adhibitos plurimi extent, qui vel partem scholiorum contineant vel universa cum Thebaidis textu coniuncta exhibeant, haec editio ad genuinam commentarii formam restituendam omnino non sufficit[1]. Attamen idonea est, quae inter permultas Mythographi II fabulas et Thebaidis commentarios artissimum esse necessitudinis vinculum demonstret. Adnotandum est scholiorum Theb. codicem P (imprimis Pb) saepenumero solum eandem atque codicem Vindob. praebere lectionem, e. g.:

fab. 33,18	= sch. Th. IV	226	*nobilitate* V et P, *mobilitate* R et ceteri.
fab. 55,20	= sch. Th. X	850	*mersi* V et LP, *missi* R et ceteri.
fab. 97,27	= sch. Th. II	382	*interdum* V et Pa, *interdiu* R et ceteri.
fab. 103,38	= sch. Th. II	222	*Argos* V et Pb, *Argo* R et ceteri.
fab. 120,34	= sch. Th. V	431	*Pasiphe* V et MPb, *Pasiphae* R et ceteri.
fab. 131,24	= sch. Th. IV	589	*ad iuvantem* V et P, *ad abantem* R, *adiuvatem* M, *adiuvarcem* L.
fab. 141,20	= sch. Th. V	29	*sed etiam* V et Pb, *verum etiam* R et ceteri.
fab. 141,24	= sch. Th. V	29	*cum iis* V et Pb, *cum his* R et ceteri.
fab. 144,35	= sch. Th. II	481	*Calidonis* V et Pb, *Calydonis terris* R et L, om. Pa.
fab. 147,40	= sch. Th. IV	306	*Thyesti* V et L Pb, *Thyestae* R et ceteri.

[1] U. de Wilamowitz-Moellendorf, Hermes XXXIV (1899) p. 601 sq.

fab. 147,11 = sch. Th. IV 306 *ille cito* V et MPb,
illico R, *illicito* Pa, *illicitos* L.

Mythographum secundum Thebaidis commentarios ipsos ad manus habuisse plurimaque ex illis petivisse persuasum tibi erit, cum quanta sit similitudo, quanta concordia inter haud paucas fabulas a scholiasta et Mythographo enarratas perspexeris. Sed idem, quod de Servii commentariis supra p. 8 dixi, in Lactantii quoque scholiā cadit: interpolata sunt, amplificata fabulis glossematis additamentis cuiusvis generis, pars scholiorum antiquissima, pars postea interiecta est. Quod verum esse inde cognosces, quod nonnullae explicationes saepe vocibus *aliter*, *vel* ad aliam eiusdem lemmatis explicationem adscriptae non in omnibus codicibus inveniuntur, e. g. sch. Theb. VI 345. Scholiorum depravationis insigne testimonium est etiam schol. Theb. IV 482, de quo Wilamowitzium l. l. conferas. Intercidisse quoque nonnulla e commentariis scholion I 61 luculenter demonstrat *harum omnium seriem fabularum* (sc. *de Oedipode*) *in argumento digessimus*, quod argumentum interiit aut nondum est repertum.

Iam eas fabulas, quae e scholiis Statianis derivatae esse videntur, subiungam.

fab. 8,2—3 e sch. Th. I 252 p. 30,10—12.

v. 2 Vind.: Dicitur autem Phoroneus filius Maiae Argivorum primus Iunoni templa dicasse et sacrificia attigisse sollemnia.

v. 2 *filius Inachi* Myth. e sch. Th. IV 589 transscripsit.

v. 4 *in mortalibus* V.

v. 4—6 e sch. Th. IV 589 p. 238,3—5.

fab. 16,13—15 e sch. Th. IV 784 p. 253,14—16.

fab. 19,37—40 e sch. Th. I 717 p. 73,9—12.

v. 39 *propter eclipsin, quam obiectione lunae patitur* add. e sch. Th. I 720 p. 74,16: Mithra qui, quia eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur.

v. 39 *obiectione lunae* non est in scholio; cf. Isid. Or. III 57,1: Eclipsis solis est, quotiens luna trigesima ad eandem lineam, qua sol vehitur, pervenit, eique se obiciens solem obscurat.

v. 40—42 e sch. Th. I 720 p. 74,17—20.

v. 40 *Mithra* V in lacuna 6 fere litterarum omisit.

v. 41 stultissime V *cum cithara, Persico vultu;* recte R *cum tiara, Persico cultu.*

v. 41 *bovi insidens* non in hoc, sed in praecedentis fab. v. 9: taurum insidens cornibus torquet.

v. 12—13 e sch. Th. VII 96 p. 347,1—2.

fab. 22,31—39 e sch. Th. III 506 p. 171,24—172,7.

v. 32 *Phlegyae filia* Coronis vocatur apud Serv. Ae. VI 618 et Hyg. fab. 202 p. 128,6; in Narr. fab. II 7 Coronis est Coronei filia.

v. 34 schol. *Lycus* (*lix* Pa). Hoc nomen Myth. iam in fonte corruptum vidit; verum nomen Ischyn esse docent Apollod. bibl. III 118: *τὴν δὲ* (sc. *Κορωνίδα*) *παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην ἑλομένην Ἴσχυϊ τῷ Καινέως ἀδελφῷ συνοικεῖν*, et Hyg. fab. 202, Astr. II 40.

v. 34 schol. et V *occulte temerator.*

v. 36 *comperto eius adulterio* add. Myth.

v. 38 *naturaliter pennarum candore plumatum* non est in scholio; cf. Narr. fab. II 7: Corvus volucris initio naturae candidis pennis plumatus fuit.

fab. 26 e sch. Th. IX 632 p. 423,22—424,2.

v. 1 schol.: quam evadere penitus nequissent.

fab. 27 e sch. Th. IV 225 p. 206,16—21.

v. 7 *meditatus* (Maius *minatus* coniecit) in omnibus quos Iahnkius contulit codicibus est.

v. 8 *in arbore* V.

v. 9 V et schol. codd. M Pa *carram.*

fab. 33,15—25 e sch. Th. IV 226 p. 207,3—14.

v. 17 schol. et V: qui plus (*sibi* add. schol.) gemmantes colligerent flores.

v. 19 schol. *Cupido* ... *victus est numero*, quod falsum est; Myth. *vicit numero* correxit.

v. 23 V inepte: Sed pennam bonorum munivit.

v. 23 schol. et V *Venus namque.*

fab. 36,17 e sch. Th. II 286 p. 102,9.

v. 17 *quae* — 19 add. Myth. e versibus 26. 27. 28 huius fabulae.

fab. 39,5—17 e sch. Th. III 507 p. 172,11—24.

v. 5 schol. et V: rex felix, si nunquam pater fuisset, habuit filiam.

v. 6 *Nyctaeam* schol., *Nyctimenem* Serv. Ge. I 403. Hyg. fab. 204 p. 128.

fab. 41,42—2 e sch. Th. IV 482 p. 226,2—5.

v. 42 *Servilius* V, *Cervilius* schol. M, *Covilius* Pb, *Cornutus* Vollmer, *Corvilius* Jahnke, *Cornificius* Osann et Bode, *Corvinus* M. Hertz (= Messala Corvinus augur, cf. Berl. phil. Woch. 1889 p. 594), *Cornelius* O. Jahn (= Cornelius Labeo vel Cornelius Balbus, cf. Mus. Rhen. IX p. 627). Suo iure Wissowa (Real-Encycl. IV p. 1355) O. Jahnii coniecturam reicit ratus fieri non potuisse, ut Cornelius Labeo simpliciter Cornelius vocaretur. Quale nomen in commentario Vergiliano, ex quo scholion Theb. profectum est, fuerit, diiudicare non audeo.

v. 43 *filiae Atlantis* Myth. add. e v. insequ. 4 *Maia, Atlantis Arcadici filia.*

v. 1 *qui animas evocat* ex eiusdem scholii Theb. v. 7: ergo Mercurium ... dicunt animas evocare.

fab. 55 e sch. Th. X 850 p. 454,17—19.

v. 20 *Gigantes* abest a scholio; sed cf. Verg. Ae. VI 583:

manibus rescindere caelum
Adgressi superisque Iovem detrudere regnis

et schol. Luc. VI 410: Aloeus Oti et Ephialti pater erat, qui erant immensi Gigantes et expugnabant deos.

v. 22 schol. et V *et in Tartarum* (*Tartara* L, *taurum* P) *mersi* (*missi* M) *sunt.*

fab. 58,5—19 e sch. Th. III 685 p. 185,2—17.

v. 10 schol. *arctos* MP, *arcas* recte codices reliqui, Ov. met. II 468. Hyg. fab. 176. Apollod. bibl. III 101.

v. 14 schol. et V *non sustinuit Iuppiter.*

v. 15 schol. *parricidium* pro *matricidium.*

v. 19: ne hac, quam dicturus sum, causa, mergatur V.

Maius huic fabulae titulum inscripsit *De Lycaone*, quem cum hoc loco de Callisto agatur et fab. 60 *Lycaon* inscripta sit, Bodius in *Callisto* iure mutavit. In V suprascriptum est *Fabula Iovis et Calliston.* Haud contemnendum, quod R. Franz, De Callistus fabula, Leipz. Stud. XII (1890) p. 335 opinatur: „Itaque iam confidenter statuo fuisse, qui, cum in Vergilii Georgica commentarios componeret, ad I 246 Nasonianam de Callisto fabulam afferret, unde describeretur a Lactantio et Myth. Vat. altero, excerpta transiret in Hyg. fabulas, minuta et contracta a Servio servaretur eiusque interpolatore." Ceterum v. 4—5 in Narr. fab. I 6 redeunt: De Gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati sint, Lycaonis testatur exemplum: qui tyrannus Arcadiae ....

fab. 59 e sch. Th. III 685 p. 185,17—19.

v. 21 *filia Nerei* add. Myth. fortasse e sch. Th. V 436: Peleum significat, qui Thetidem, Nerei filiam, duxit uxorem, Achillis matrem. Myth. Thetim, Nerei filiam, Pelei uxorem, cum Tethy, Oceani uxore, nutrice Iunonis, confudit.

v. 22—23 *rogavit* non est in scholio.

v. 23 schol. et V *propter affectum nutritae.*

fab. 68 e sch. Th. III 453 p. 165,28—166,13.

v. 26 post *iniecit* in nostris codicibus lacuna est us-

que ad v. 27 *credentes;* quam Myth., si iam erat in eius fonte, explevit e S. Ecl. VI 48: ut se putantes vaccas in saltus abirent et plerumque mugirent et timerent aratra.

v. 29 Multo melior est lectio schol. et V; schol.: proposuit habiturum et ex his coniugem; Vind.: proposuit daturum et ex his unam coniugem.

v. 30 *herbariae artis peritissimo* in eiusdem schol. v. 13—14 legimus: idem Melampus herbariae artis peritissimus fuit.

fab. 71,15—18 e sch. Th. VI 117 p. 306,12—14.

fab. 75 e sch. Th. IV 737 p. 250,8—13.

Hanc fabulam non, ut M. Schmidt edit. Hyg. p. XLVII adnot. voluit, ad Hyg. fab. 149 p. 25, sed ad schol. Theb. redire luce clarius fit conlatis verbis:

Hyg. fab. 149	Myth. II 75	sch. Th. IV 737
Iuppiter Epaphum, quem ex Io procreaverat, Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. Is oppidum primum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopia uxore procreavit filiam Libyen**, a qua terra est appellata.	Iuppiter Epaphum in Aegypto oppida communire ibique regnare iussit, oppidum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopeia uxore suscepit filiam Libyen, quae postea in Africa regnum possedit; cuius ex nomine terra Libya est appellata.	Iuppiter Epaphum, quem procreaverat, in Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. Oppidum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopa uxore suscepit filiam Libyen, quae postea in Africa regnum possedit. Cuius ex nomine terra Libyes est appellata

v. 15 post *Epaphum* Myth. om. *quem procreaverat*, quia iam in fab. anteced. v. 38 hanc rem tetigit.

v. 17 *Cassiopan* codd. schol. Theb., *Cassiopia* Hyg.,

Cassiopa Isid. Or. XIV 5, 1 et Jahnke, *Cassiopeia* Bodius. In Apollod. bibl. II 10 Epaphi uxor Memphis Nili filia vocatur.

fab. 78 Ad hanc fabulam componendam Mythographus multa scholia Theb. consarcinavit.

v. 13—14 e sch. Th. II 272 p. 99,10.

v. 13 *Hermionae* MP, *hermonies* L; scribendum est *Harmoniae*.

v. 14 *sed malo omine*, quod non est in scholio, in v. 9 et 22 huius fabulae redit.

v. 14—32 e sch. Th. III 274 p. 155,11—25.

v. 19—20 add. Myth. e sch. Th. II 272 p. 99,10—12: huiusmodi enim venenis infecerat illud monile Vulcanus, ut necesse esset hoc monile gestanti aerumnarum mole opprimi.

v. 21 *Martis et Veneris* add. e v. 13 huius fabulae.

v. 22 *Agenoris filio* add. e fab. 74,11: Cadmo, Agenoris filio.

v. 22—24 e sch. Th. III 290 p. 157,16—18.

v. 23 *in ultimis* V pro *novissime*.

v. 32—33 cf. sch. Th. II 266 et 272.

v. 33—35 e sch. Th. XII 123 p. 472,1—4.

v. 36—39 e sch. Th. IV 188 p. 204,11—14.

v. 36 *furore correptus* add. Myth.

v. 38 schol.: quod si quis attrectaverit et ostenderit caelo.

fab. 79,2—25 e sch. Th. I 12 p. 2,17—3,13.

v. 2 *Cadmi filiam* add. e fab. 78,40.

v. 2 *quae et Thyone dicitur* add. e sch. Th. V 265: Liberi enim patris mater Thyone dicta est, quae et Semele appellatur.

v. 10 *venit* non recte; aut cum V *suevit* aut cum schol. *consuevit* scribendum est.

v. 12 *et Mercurius* add. e sch. Th. IX 428.

v. 14—16 cf. Narr. fab. III 3 p. 805 et schol. Luc. VIII 801: Nysa mons est Indiae, ubi Liber dicitur esse nutritus.

v. 15 non recte V *deam tradidit nutriendam.*

v. 16 schol.: *Leucothea*] *quae et Ino.*

v. 16 *ex Aeolo geniti* e sch. Th. V 475.

v. 17 *matertera sua, soror videlicet Semeles* add. Myth.; cf. fab. 78,39.

v. 22 Myth. *Ino*, schol. *Leucothea*, nam paulo ante in schol. v. 5 *Leucothea, quae et Ino.*

v. 22 melius schol. et V *furere* pro *furore.*

v. 23 schol. *cum Palaemone filio suo se dedit in mare.* Verum nomen Inonis filii, dum inter vivos erat, fuit Melicerta, post mortem in deum conversus Palaemon dictus est; Myth. hoc loco verum nomen supplet, quod in multis aliis scholiis Theb. ei occurrit (sch. Th. II 383 *Ino cum Melicerte filio,* IV 59. 562).

v. 25—27 e sch. Th. VII 421, quod fluxit e S. Ae. V 241.

v. 26 schol. *Ino in Matrem Matutam.*

v. 27—29 e sch. Th. IV 59 p. 193,16—19.

v. 29 post *certamen* Myth. omisit *quod Isthmicum vocant.*

fab. 80,31—42 e sch. Th. III 476 p. 167,24—168,5.

v. 32 schol. et V: in deserta et in extrema.

v. 33 *exercitus* om. V.

v. 34 *aquam ei ostendendo* non est in schol.

v. 39 schol. et V *petiit Iovem* pro *petiit a Iove.*

v. 42 post *confectum est* schol.: de quo templo postea data esse dicuntur oracula. His verbis omissis Mythographus aliunde, nescio an e S. Ae. IV 196, interpretationem cornuum arietinorum inseruit. Ex hoc Servii scholio eam fluxisse lectio corrupta cod. Vind. confirmare videtur: Fingitur autem cornibus arietinis, quod satis est ius (= satis eius), quae ibi dantur, in ululatu sunt responsa et obscuritate involuta. Quacum Servium conferas: cum capite arietino, quod ideo fingitur, quia satis eius sunt involuta responsa.

fab. 85 e sch. Th. VIII 198 p. 388,4—389,6.

v. 32 *Apollini dilectus* e sch. III 479: Branchus Thessalus fuit, dilectus Apollini.

v. 33 *Chus quidam decimus Apolline* V; similiter etiam scholion: Cius quidam] decimus ab Apolline.

v. 34 *filium suum micronem* V, *filium synichronem* R, *Sinicronem* V in v. 40. Verum nomen esse videtur *Smicrus,* ut vocatur a Conone narr. 33.

v. 41 schol. et V *audierunt* pro *audierant.*

v. 42 schol. *nimio dilexit affectu.*

v. 2 *a sole* add. Myth.

v. 3 Vind. verba confudit: osculatus abesset comprehendens.

v. 6 schol.: ab osculo Branchi sive certamine puerorum.

fab. 86 e sch. Th. III 521 p. 174,13—19.

Mythographus Melampodis verbis omissis duo enuntiata in unum conflat.

v. 9 Vind.: Moysus, Apollinis et Ymantis filius, amicitia Iasonis ida (lege: Iasoni fida); recte *Mantus filius,* cf. Apollod. epit. 6, 3.

fab. 93 e sch. Th. V 347 p. 280,12—21.

Hanc et nonnullas quae sequuntur fabulas ad schol. Theb. redire vidit R. Foerster (Raub und Rückkehr der Persephone p. 291): „Aus diesem (sc. Lact. Plac.) schoepft wieder der Myth. Vat. II 93, welcher auch den Schluss von 96. 97 und 99 aus Lact. zur Theb. II 382 abgeschrieben hat, während das meiste andere aus Serv. zur Aeneis und zu den Georgica stammt."

v. 34 *Cereris filia* add. Myth. e fab. 15,38.

v. 37 Proserpinam, Iovis et Cereris filiam V.

v. 38 schol. *cum properaret curru fugere.*

Paulo amplius eadem fabula in Narr. fab. V 6 narratur, sed Myth. schol. Theb. adiit.

fab. 96 e compluribus schol. Theb. a Myth. composita esse videtur.

v. 18—20 *excepisset* cf. sch. Th. VII 411 et II 382, quibuscum congruit Hyg. fab. 147 p. 21.

v. 18 *Proserpinam natam* V.

v. 19 schol. *venit ad Eleusium* (*Eleusinum* L) *regem*; ita etiam apud Hyg. fab. 147; sed recte Myth., cf. Apollod. bibl. I 29: *Δημήτηρ .... ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ ... πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων κτλ.*

v. 20 *et a quo rapta esset Proserpina indicasset* abest a schol. Theb. et Hygino. Fontem scholion ad Arist. Equ. 698 esse R. Foerster l. l. p. 291 censet.

v. 21 *illa* — 23 cf. sch. Th. XII 628 cum sch. II 382 commixtum.

v. 22 *Hioma* M, *Hyome* Pb, *Hyonia* Pa, *Cothonea* L, *Iona* Lm; *Cyntinia* Serv. Dan. Ge. I 19. Quae omnia corrupta esse videntur e *Cothonea*; ita enim apud Hyginum. In Ov. fast. IV 539 secundum Apollod. bibl. I 31 Celei uxor Metanira vocatur.

v. 23—24 = sch. Th. II 382 p. 110,7—8. Sed cum in summa re haec fabula cum ea conspiret, quae scholio Theb. II 382 continetur, et cum insequentem quoque fabulam ex eodem scholio fluxisse videamus, equidem suspicari malim Mythographum ad eum fontem redire, ex quo scholiasta Theb. et Hyg. sua deprompserunt.

fab. 97 e sch. Th. II 382 p. 110,8—16.

v. 30 schol. et RV *igne obrueret.*

v. 30 Parum considerate vocem Eleusii Myth. e scholio exscripsit, cum in fab. praecedentis v. 19 Triptolemi patrem Celeum vocaverit.

fab. 98 e sch. Th. IV 658 p. 244,3—9.

Fontem huius fabulae scholion Theb. esse Foerster l. l. p. 291 non vidit: „Fab. 98, die Lyncusepisode, scheint im Wortlaut das Eigentum des Mythographen, wenigstens

ist die Quelle, aus der er abschreibt, nicht bekannt." Sed plane ad verbum Myth. cum sch. Th. IV 658 consentit; atque etiam falsa in fabulam suam transtulit. Nam Lycum, qui fuit rex Lyciae, confundit cum Lynco, rege Scythiae.

v. 37 *Scythiae* R, *Scotiae* V.

fab. 99 e sch. Th. II 382 p. 110,16—21.

v. 6 *Cepheus* schol. MLPa et Myth., *Cephalus* Serv. Dan. Ge. I 19, *Celeus* schol. Lm Pb et Hyg. fab. 147. Hoc verum est nomen, nam Cepheus rex Aethiopum fuit. De hoc nomine Foerster l. l. p. 69 adn. 5: „Celeus ist der richtige Name . . ., denn er ist König von Eleusis; nur die attische Genealogie, welche ihn zum Vater des Triptolemos macht, ist geändert."

fab. 103,31—2 e sch. Th. II 222 p. 96,3—16.

v. 31. 32 non sunt in hoc scholio, sed v. 31 e sch. I 324 p. 37,25: Danaus et Aegyptus fratres fuerunt, Beli filii.

v. 32 *fratres autem Agenoris*, cf. sch. III 286: Beli et Libyae Agenor, Danaus et Aegisthus.

v. 32 *patris Cadmi* e fab. 77,34. Danai fratris gemini nomen est Aegyptus; ita Apollod. bibl. II 11. Hyg. fab. 168. Myth. I 134. *Egistus* MP et V, *Egestus* R.

v. 33 schol. et V *filias habuit.*

v. 35 *ut* omittunt schol. et V.

v. 2—3 e sch. Th. VI 269 p. 313,6—7.

v. 3—5 non sunt in scholiis, sed simillimis verbis Serv. Dan. ad Ae. X 497 eadem narrat: hae Danaides apud inferos poenam habuisse dicuntur, ut in dolium pertusum aquam mittant. Reliqua aliter a Serv. Dan. narrantur.

fab. 105,13—16 e sch. Th. II 380 p. 109,13—16.

v. 13 *Sisypheum videlicet et Lechaeum* ex eiusdem scholii v. 18: portus Corinthus ex utraque parte duos habet, Sisypheum et Lechaeum.

fab. 106 e sch. Th. IV 539 p. 232,2—9.

Nonnulla Mythographus e S. Ae. VI 601 intermiscuit: v. 37 *imperator* — 38 *Iovi* e Serv. v. 13: Lapithas] hi populi Thessaliae fuerunt, quibus imperabat Ixion, amicissimus, ut diximus supra, Iovi, Phlegyae filius.

v. 38 pro *venia* schol. et V *misericordia*.

v. 3 *serpentibus circumfusam*, cf. Serv. v. 17: et illic religatus ad rotam circumfusam serpentibus.

Quae schol. Luc. VI 386 habet, ex eodem quo schol. Theb. fonte fluxerunt.

fab. 108,37—40 e sch. Th. V 261 p. 275,12—15.

v. 38—39 Myth. inseruit ex schol. insequentis v. 24: Centauri, cum in matrimonium Pirithous Hippodamiam duceret, vino pleni Lapitharum uxores conati sunt rapere.

fab. 111 consarcinata est e sch. Th. I 98 et 225.

fab. 114,36—41 e. sch. Th. I 98 p. 12,10—16.

v. 38 *Magnetis filio* non est in scholio; cf. Apollod. bibl. I 88.

v. 39 *occisa Minervae auxilio Medusa* add. Myth. e fab. 112,39.

fab. 120 e sch. Th. V 431 p. 284,22—285,11.

v. 34 *Pasiphe* schol. codd. MP et V.

v. 34 *filia Solis, uxor Minois* add. Myth. e S. Ae. VI 14, ex quo fabulam insequentem hausit. Hoc Servii scholion Mythographum in enarranda hac fabula ante oculos iam habuisse additamentum in fine eiusdem fabulae positum (v. 43) demonstrat.

v. 41 *Marathone* om. V.

fab. 124,39—5 *egreditur* e sch. Th. XII 676 p. 482,17—23.

v. 2 *ut aliqua arte Theseo subveniret* non est in scholiis.

v. 5 *et rapta Ariadne aufugit* = S. Ae. VI 14 p. 6,20.

v. 6 *quam*—7 e sch. Th. VII 686 p. 374,20: Naxos insula est, in qua Theseus Ariadnen dormientem reliquit. Schol. Luc. II 610: Theseus . . . timens patrem dimisit eam in Chio insula; quam Bacchus ad tempus consolatus est. Recte sane Naxos, ut apud Apollod. epit. 1, 9.

v. 6 *Libero dicata* ut apud S. Ae. I 67.

fab. 127 e sch. Th. I 333 p. 39,19—21.

v. 33 recte schol. et V: hospites suos vel transeuntes.

v. 35 Non Daedalus sed Theseus Scironem percussit, ut scholion et Ov. met. VII 444 docent.

fab. 131,19—32. 37—41 e sch. Th. IV 589 p. 237,3—19.

v. 20 *Abantis filium* add. e fab. 68,20: Proetus, Abantis filium.

v. 24 Iobatem, Proeti socerum, etiam Abantem vocari a nullo auctore nisi a Myth. II traditum est; fortasse nomen soceri et patris confudit.

v. 28 *ut pudicitiam probaret immanitas* R, *ut prudentiam probasset humanitas* V; recte schol. *ut pudicitiam periculi probaret immanitas.*

v. 29 *eo tempore Lyciae agros vastantes* non est in scholio.

v. 31 *miseratione . . . . nato*, cf. fab. 112,6.

v. 32—37 quibus Mythographus Chimaeram qualis sit descripsit, inseruit e S. Ae. VI 288.

fab. 140 e sch. Th. III 353 p. 160,23—161,8.

Mythographus scholii verbis servatis enuntiatorum compositionem commutat. Apud Serv. Ae. V 373 brevissima haec fabula est, et Amycus a Polluce pyctali certamine vincitur.

v. 3 schol.: Amycus autem hanc consuetudinem semper habuit, ut insidiaretur in Bebrycio nemore; Vind.: Amycus . . . semper in Bebrycio nemore insidiari solitus erat.

fab. 141,11—31 ad verbum fere Myth. e sch. Th. V 29 p. 258,22—259,15 exscripsit.

v. 9—11 = fab. 121,2—3.

v. 12 *in honorem Vulcani ob adulterium damnantes* Myth. inseruit e sch. V 59: Quia adulterium Veneris in honorem Vulcani damnaverant, inde nulla Veneris sedes in Lemno est.

v. 21 *scilicet pater eius* e sch. Th. IV 768: Thoas Liberi patris fuisse filius dicitur.

v. 30 Cum schol. et RV legendum est *et Lycurgo* (*a* omisso).

v. 31—39 e sch. Th. IV 721 p. 249,15—22.

v. 32 *qui post Archemorus dictus est* e schol. praecedentis v. 5: idem puer Opheltes, qui post Archemorus est dictus.

v. 33 schol. et V *cum in Hypsipylen.*

v. 35 *interim dum puer periit* non est in schol.

v. 38 schol. et V: . . . . pervenire. Pro qua re illi (*illi* V om.) ludos funebres condiderunt.

v. 39—44 e sch. Th. IV 740 p. 250,21—25.

v. 40 *quos fugiens reliquit in Lemno* e sch. Th. IV 770: ex quo (sc. Iasone) enixa est geminos, quorum alter Thoas alter Euneus dictus est. Quos fugiens reliquit in Lemno.

fab. 143 e sch. Th. I 66 p. 9,5—11.

v. 26 omisso *agmineque* schol. pergit *alis et unguibus.*

v. 28 *Thebarum rex* male add. a Myth.

v. 28 *et victum necavit* non est in scholio. *Victum* non, ut Bodius in adnot. vult, in *victam* corrigendum est; nam sicut in v. 24 *quod*, ita hoc loco *victum* ad appositionem *monstrum* pertinet.

fab. 144,31—16 e sch. Th. II 481 p. 118,17—119,24.

v. 38 Enuntiatum a *siquidem* incipiens sententia principali caret, schol.: Meleagri virtus periculum non expavit.

v. 41 *Dianae scilicet comes* e sch. Th. IV 309: Atalante . . . Dianae comes facta.

v. 4—6 absunt ab hoc scholio; sed similia narrantur in schol. IV 309.

v. 17—19 e sch. Th. 103 p. 196,17—19. 12.

fab. 147 e sch. Th. IV 306 p. 215,3—216,3.

Huius fabulae argumenti ordo idem est atque apud Myth. I 22 et differt a scholio; priorem enim locum in scholio ea obtinent, quae a Myth. II v. 8—17 et 20—21 narrantur, alterum ea, quae in Mythographi v. 37—8 legimus; utraque pars a scholiasta Theb. coniungitur verbis: sed ab origine, irarum quae fuerit causa, describam. Neque tamen Myth. II ex I aliud quidquam nisi ordinem petivit, nam compluribus locis Myth. II cum scholio contra Myth. I congruit:

Myth. II et schol.		Myth. I	
v. 38	in pelagus	v. 26	in mare
v. 41	Thyestes enim cum sciret	v. 29	Cum igitur alternis vicibus regnum regerent
v. 6	cum duobus filiis suis	v. 34	cum duobus filiis
v. 6	om.	v. 35	eique ad se vocato
v. 7—8			om.
v. 10	per eum illi certam posse venire vindictam	v. 39	per eum certam venire vindictam
v. 11	natus fuisset	v. 40	natus esset
v. 13	propter conscientiam.	v. 42	propter conscientiam incestus.

v. 3 *Europam*; legendum est *Aeropam*, cf. Eurip. Or. 18. Hyg. fab. 86.

v. 11: Unde illico filiae amplexum invasit R; ille cito filiae amplexus invasit V et schol. MPb; unus illicito . . . Pa; unde ille cito amplexus, filiae invadit Myth. I 22,40. Jahnkius coniecit: „Unde illicitos filiae amplexus invasit". Optimum mihi videtur: Unde ille cito filiae amplexus invasit.

v. 13 Vind. *propter conscientiam accepit. Qui* . . . . A

verbo *abiecit* librarii oculus ad verbum *accepit* in versu insequenti transiluit.

v. 14 recte schol. et V: qui Atreum in vindictam patris, cum adolevisset, interfecit (schol.: occidit).

v. 17 *occidit* V pro *interemit.* Post Vind. pergit: Sed ipse postea ab Oreste, filio Agamemnonis, cum matre Clytaemestra prostratus interiit. Illa maritum per Aegisthum adulterum occidit. Nam cum ingressus domum fuisset .... Prius enuntiatum (*Sed ... interiit*) in schol. Theb. loco Vergiliano interposito verbum *occidit* subsequitur. Alterum enuntiatum (*Illa ... occidit*) nescio an e Myth. I 147,14 fluxerit, cui Myth. sine dubio reliqua usque ad v. 21 debet.

v. 18 Cum V et Myth. I 147,16 legendum est *Quam cum* (*ille* add. V) *vellet induere.*

v. 20 V et Myth. I *occisus est.*

fab. 148,23—28 e sch. Th. XII 301 p. 475,17—22.

v. 24 schol. et V: in Amphitryonis venisset specie.

v. 25 *in Tirynthia civitate* add. e schol. IV 147.

v. 26 Mirum quomodo luna nocte triplici cursus quadruplices peragat. Sed veram lectionem scholia ostendunt, quibuscum V ad verbum congruit: iussit Iuppiter illam noctem triplicem fieri, qua (quia L et V) triplices cursus Luna peregit. Corruptela patet: pro *fieri qua triplices* librarius Vat. stultissime legit *sic ut quadruplices.*

fab. 158 e sch. Th. X 891 p. 455,8—11 et IV 570.

v. 34 *Minigeram* R; ita in fonte Myth. legit, cf. *minigerā* M, *minogram* Pa; corr. Maius in *Megaram*; in schol. IV 570 *Megaera.*

v. 35 schol. Theb. X 891 *Oxeam et Creontiadem*; IV 570 *Oxea et Leontiadem.* Herculis et Megarae filiorum varia nomina ab auctoribus tradita Roscher congessit in Lex. s. v. Kreontiades.

fab. 160,6—8 e sch. Th. I 485 p. 54,26—55,3.

v. 8—12 e sch. Th. IV 160 p. 201,17—21.

v. 10 schol. *cuius filium*. Molorchi filium vel filiam a leone Nemaeo interfectam esse a nullo auctore, qui de Molorcho egit, narratur. Brevior est Serv. et Serv. Dan. Ge. III 19.

fab. 162 ad verbum exscr. e sch. Th. V 263 p. 275,16—24.

v. 26 *examirum regem* R, *Dexamenum* schol. L, *exeanimum* M, *exanimum* Pa, *exantimum* Pb; Bodius secundum Apollod. bibl. II 91. Hyg. fab. 31 alios correxit *Dexamenum*.

fab. 177 e sch. Th. IV 460 p. 223,18—26.

fab. 185 e sch. Th. II 274 p. 99,20—25.

fab. 188 e sch. Th. IV 224 p. 206,8—12.

fab. 199,5—12 e sch. Th. V 443 p. 286,12—19.

v. 6 schol. Th. Hyg. fab. 14. Prob. et Philarg. ad Ecl. VI 43 *Thiodamantis filium;* Apollod. bibl. I 117 *Θειοδάμας*.

v. 10 *cum urna* non est in schol.

v. 10—11 schol. et Myth. I 49,40: conspectus a nymphis raptus est.

fab. 200,40—1 e sch. Th. II 433 p. 115,20—25.

fab. 203 consarcinata videtur ex his schol. Theb.:

v. 24—25 *vitians* = sch. Th. VII 424: Asope tuas] Thebarum fluvius, cuius Aeginam filiam in aquilam mutatus Iuppiter vitiavit.

v. 25—26 non est in schol. Th.; fabula apud Apollod. bibl. III 156 enarratur, ubi hanc notam legimus: *Ζεὺς* . . .

Αἴγιναν δὲ κομίσας εἰς τὴν τότε Οἰνώνην λεγομένην νῆσον . . . μίγνυται καὶ τεκνοῖ παῖδα ἐξ αὐτῆς Αἰακόν.

v. 26—27 *petebat* e sch. Th. VII 315: Asopos fluvius] hic cum raptam a Iove filiam Aeginam aequo animo ferre non posset, omni aquarum agmine concitatus caelum petebat infestus.

v. 27 *Iovi* — 30 e sch. Th. VII 731. Multo brevius est schol. Luc. VI 374.

fab. 211 e sch. Th. IV 550 p. 233,7—20.

v. 8 *post devictam Troiam* Myth. inseruit velut vinculum quoddam, quo haec fabula praecedentibus adiungeretur (similiter fab. 210,41 *post eversam Troiam;* 209,26 *Praeda igitur captae Troiae divisa;* 208,8 *Devicta autem Troia*).

v. 14 schol.: et eduxit ensem eique minatus est, ut socios sibi restitueret.

fab. 219,13—31 accuratissime exscr. e sch. Th. III 283 p. 156,10—157,4.

Non recte se habet, quod Thilo I praef. p. XXXVIII dicit: „quod alterius Mythographi testimonio (fab. 219) commendatur, qui genuinum Servii scholium exscripsit et primi narratione inserta auxit.“ Neque vero primi Mythographi narrationem Myth. II in suam fabulam inseruit, sed e sch. Th. sua petivit, nam multis locis contra Myth. I 75 cum scholiis consentit; en loci:

	Myth. II et schol.	Myth. I 75
v. 14	puer	puer formosissimus
v. 15	possit implere	implere possit
v. 23	fuerat subsecutus	subsecutus fuerat
v. 23	eique (cui MP, quod L) puella creditur	cum puella abripitur
v. 25	tandem devoluti perveniunt, ibique somno oppressi	tandem perveniunt, ubi et somno pressi

Myth. II et schol.	Myth. I 75
v. 28 dilectae nuptias	dilectae suae nuptias
v. 28 restituisset	restitueret.

v. 23 *eique puella creditur* Myth. II, *cui puella creditur* schol. Theb. codd. MP, *quod puella crederetur* schol. cod. L, *quia puella creditur* Kohlmannius, *qui puella creditur* Jahnkius, *puella creditus est* Myth. Vat. III 11 p. 230,3, *cum puella abripitur* Myth. I 75 p. 26,28, *tamquam puella raptus est* Serv. Dan. Ae. IV 99.

Omnino reicienda est lectio MP et Myth. II; reliquorum sententia quamvis satis bona sit a Myth. II nimis longe distat; quapropter equidem legendum propono *quique puella creditur.*

v. 28 pro *quam* schol. et Myth. I recte *quas.*

fab. 230 neque in commentariis ad Vergilium conscriptis neque in scholiis Theb. est; sed quod ad Theb. I 61 adnotatum legimus: „responderat oraculum Laio, quod a filio suo posset occidi. Unde natum Oedipum iussit proici transfixis cruribus. Harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus" ostendit scholiastam fabulam Oedipodis in argumento Statii Theb. libr. I hodie iam non superstite explicasse, unde Mythographus suam fortasse fabulam derivavit. Scholiasta Thebaidis veteri libro Mythologico sua debere videtur eidem, ex quo scholion Luc. VIII 406 cum Mythographo et argumento et materiae dispositione et haud paucis verbis mire concordans fluxit.

C. De scholiis Horatianis.

Mythographum secundum id scholiorum Horatianorum corpus, quod Pseudoacronis[1]) vocare consuevimus, ad

---

[1]) Pseudacronis scholia in Hor. vetustiora rec. Otto Keller I. II, Lipsiae 1902.

manum habuisse inde apparet, quod cum nonnullae fabulae accuratissime cum scholiis illis congruunt tum maxime fab. 220 et 221 ut apud Mythographum ita in scholiis altera alteram subsequitur. Hae sunt fabulae e scholiis Horatianis derivatae:

fab. 63,10—15 e sch. Pseudacr. carm. I 16, 13.

Mythographus librum pleniorem nostro in usum vocasse videtur, nam in scholiis legimus *a vulpe astutiam ceteraque a reliquis.* In Porphyrionis[1]) commentario ad hunc locum verba Myth. v. 13—15 omnino desunt.

fab. 105,16—22 iisdem fere verbis narrant Pseudacr. schol. carm. II 14, 20.

fab. 128,27—29 cf. Pseudacr. schol. carm. IV 7, 25.

Similiter schol. Porph. in eundem locum (p. 150 Holder): Sed nunc non ad illud refert, quod post distractionem illam, quam ab equis suis passus est, in vitam restitutus fertur, sed ad condicionem mortalitatis, quam non potuit perpetuo effugere per Dianae favorem.

fab. 220 ad verbum congruit cum Pseudacr. schol. epod. VI 13.

fab. 221 e Pseudacr. schol. in epod. VI 14.

v. 2 *Laudiomenas* codd. Pseudacr., *Laudomenas* R, *Clazomenas* corr. Maius; cf. Hipponax frg. 13 (Bergk, P. L. G. II 465):

Ἀκούσατ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω
Ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος κατήσχυνεν.

v. 4 schol. *pro risu* loco *per risum.*

v. 5 *vitae exosus* non est in scholiis.

---

[1]) Porphyrionis commentum in Hor. Flacc. rec. A. Holder, Ad Aeni pontem 1894.

fab. 222 accuratissime exscr. e Pseudacr. schol. in Hor. a. p. 402 p. 371,7—15.

fab. 223 e Pseudacr. schol. epist. I 19, 15.

Schol.: Iarbita Maurus fuit. Qui cum Timagenem philosophum post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari et non posset, invidia quodammodo disruptus est.

D. De Isidoro.

Isidorum, episcopum Hispalensem, Etymologiarum seu Originum libros viginti[1]), in quos universam fere doctrinam saec. VI pervulgatam congessit, ex antiquis scriptoribus rerum sacrarum et saecularium plerumque confecisse, ipse in epistula ad Baulionem episcopum testatur (Lindem. p. 11): „En tibi, sicut pollicitus sum, misi opus de Origine quarumdam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis annotatum, sicut extat conscriptum stilo maiorum.“ Atque ad etymologias nominum deorum vel heroum proferendas eorumque origines enarrandas Isidorus praeter alios veterum interpretes commentarios quoque Vergilianos inspexit fabularumque haud exiguam partem ex illis petivit. Satis multas etymologias ab Isidoro prolatas ad Servii commentarium revocandas esse inter peritos constat. Cuius rei insigne exemplum R. Klotz[2]) locum Isid. Orig. XIV 8, 37 profert ad Serv. Ge. III 472 certe revocandum, cum ab utroque scriptore locus Statianus addatur. Quo factum est, ut etiam cum Myth. Vat. II saepenumero magnam habeat similitudinem; itaque hauseritne Mythographus hic

---

[1]) Corpus Gramm. Lat. Vet. tom. III rec. Frid. Lindemannus, Lipsiae 1833.

[2]) De schol. Statianis commentatio, Progr. Gymn. Treptow a. R. 1895 p. 2.

illic ex Isidoro inquirendum nobis est. Statim vero soluta est quaestio, cum prooemium maximam quidem partem ad verbum fere cum Isidori prooemio in librum VIII 11, quo de diis deabusque paganorum agitur, consentire videris. Sed multa Mythographum Isidoro debere persuadere mihi non potui; nam praeter pauca omnia, in quibus uterque consentit, etiam apud Servium legimus, ut difficile sit diiudicare, utrum auctorem Mythographus his locis in usum vocaverit. Id unum nemini dubium erit, quin Mythographus hic illic Isidorum inspexerit, sed temere modum excedere mihi videtur, quisquis, quot fabulae vel etymologiae ex Isidori Originibus fluxerint, certe statuere audeat. Attamen locos similes afferre mihi liceat.

Prooem. v. 3—18 ex Isid. Or. VIII 11, 1—4.

v. 8 Isid. et V: apud Paphos . . apud Lemnos . . . apud Naxos . . . apud Delos.

v. 11 post *sustulerunt* om. Myth.: nam quorundam ad inventiones artium cultum peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica.

v. 11—13 Isidorus e S. Ae. IV 638 p. 575,2—4 hausit.

v. 16 Cod. Vind. Isidorum attingit: *Sed paulatim hunc errorem persuadentibus daemonibus ita in posteris irrepsisse* Isid., *sed paulatim hic error posteris daemonum suasu irrepsit V.*

fab. 1,1—2 cf. Isid. Or. VIII 11, 30.

Isid.: Saturnus . . . a temporis longitudine, quod saturetur annis.

v. 7 cf. Isid. Or. VIII 11, 32.

Isid.: Falcem tenet . . . propter sapientiam, quod intus acuta sit; *quod* etiam in V est.

fab. 12,31 *serpentibus crinitae*, cf. Isid. Or. VIII 11, 95: Aiunt . . . furias feminas crinitas serpentibus. Schol. Luc. I 574: pro crinibus enim serpentes habent.

fab. 19,39 cf. Isid. Or. III 57,1.

v. 8—11 cf. Isid. Or. VIII 11, 54.

v. 8 *Sol autem dicitur quasi ephebus.* Ita Mythographus neutiquam scripsit, quod testantur codd. R V: Sol autem dicitur quasi solus ex Titanibus contra deos arma non commoverit (*commovit* V). Phoebus dicitur quasi ephebus.

v. 10 *Propicius* V; in marg. *alias phitius*; manus recentior in marg. *phytius.*

fab. 25,15—26 ad verbum fere consentit cum Isid. Or. VIII 11, 56—58.

v. 20 Isid. et V *eo* omittunt.

v. 21 *fingitur* recte V, *fungitur* R.

v. 25 *iacet calamis* V pro *iacit calamos.*

v. 26 V inepte *Plutonia et Iuno* pro *Plutonia coniux.*

fab. 29 ex Isid. Or. VIII 11, 50—52.

v. 20 non bene Isid. *quia per viros pugnatur.*

v. 22 Nescio qua de causa Bodius in textu *a morte Mars* posuerit, cum RV (*a parte mors* V) et Isid. *a Marte mors* exhibeant, et Bodius ipse p. 82 adnotet *a Marte mors* legendum esse cum Isidoro.

v. 24 Isid. et V *se quisque* pro *quisque se.*

v. 25 *caedis* R, *cordis* V et Isid. melius, quia prioribus verbis *nudo vero pectore stat* magis respondeat.

fab. 37,16—19 cf. Isid. Or. XVIII 34, 1:

Erichthonius autem, qui regnavit Athenis, primus quattuor equos iunxisse fertur, sicut Vergilius auctor est dicens:

Primus Erichthonius currus et quattuor ausus
iungere equos rapidisque rotis insistere victor.

fab. 42,13—14 cf. Isid. Or. VIII 11, 45:

Mercurium sermonem interpretantur. Nam ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius.

v. 18—20 cf. Isid. Or. VIII 11, 47. 48: Virgam tenet, qua serpentes dividit id est venena. Nam bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur.

fab. 49,36—37 cf. Isid. Or. VIII 11, 103.

Isid.: Pilosi, qui Graece Panitae, Latine incubi appellantur.

v. 37—38 cf. Isid. Or. VIII 11, 87.

Isid.: In lucis enim consulebantur a paganis, et responsa illis non signis sed vocibus dabant.

fab. 62,6: a quo Achilles et Aesculapius nutriti dicuntur, cf. Isid. Or. III 70, 36 et Hyg. Astr. II 38 p. 75,11.

fab. 76,31 *tertiamque ab ea orbis partem vocavit*, cf. Isid. Or. XIV 4. 1: Europa quippe Agenoris regis Libyae filia fuit, quam Iuppiter ab Africa raptam Cretam advexit et tertiam partem orbis ex eius nomine appellavit.

Ceteros locos Isidoro similes ad alium fontem redire evidenter demonstrari potest.

E. De Fulgentio.

Fulgentius, quem hominem Afrum fuisse M. Zink[1]), cui E. Jungmann[2]) et R. Helm[3]) astipulantur, contra L. Lersch[4]) et Luc. Müller[5]) evicit, saec. V exeunte vel VI ineunte p. Ch. n. cum alia tum mythologiarum libros tres novissime a R. Helm Lipsiae 1898 in lucem emissos[6]) conscripsit. Mirus ille mythologus, ut summae

---

1) Der Mytholog Fulgentius, Würzburg 1867 p. 4.
2) Mus. Rhen. XXXII p. 565.
3) Fulgentii opera, Lipsiae 1898 praef. p. III.
4) Fulgentius de abstrusis sermonibus, Bonn 1844 p. 4.
5) Fleckeis. Annal. 95 p. 791.
6) De libris manu scriptis, qui omnes saec. VIII recentiores sunt, cf. P. Lehmann, Mus. Rhen. 61 (1906) p. 107.

scientiae et doctrinae praeberet speciem, fabulas suas ingenti copia auctorum ac locorum non raro fictorum adiecta incredibilique quodam verborum tumore circumfuso enarrare solet, ut quae subsit sententia saepenumero vix intellegas. Hunc igitur Fulgentium a Mythographo II exscriptum esse plerique viri docti pro certo affirmaverunt, quorum e numero nonnullos afferre iuvat.

Bodius in edit. praef. p. XVII: „Nec Fulgentius sane utrique (sc. Myth. I et II) ignotus fuit."

M. Zink l. l. p. 13 de ratione, quae inter Fulgentium et Mythographum II intercedit, ita iudicat: „Nebstdem benutzte derselbe (Myth. II) aber auch den Fulgentius, den er stellenweise fast ebenso wörtlich wie der dritte ausschreibt, ohne ihn übrigens zu nennen. Nicht minder ist der Gang, den der zweite Mythograph in der Anordnung und Entwickelung seiner Mythologeme einhält, im wesentlichen derselbe wie bei Fulgentius, nur dass derselbe hier und da durch Fabeln, die aus dem ersten Myth. entlehnt oder excerpiert sind, unterbrochen erscheint. Endlich zeigt auch die Methode der Behandlung der einzelnen Mythen bei dem Mythographen die mystisch-physikalisch-ethische Färbung, der wir durchgehends bei Fulgentius begegnen. Selbst die ungereimten Etymologien des Fulgentius hat der Mythograph mit gutem Glauben akzeptiert. Auf diese Abhängigkeit des II. Vat. Myth. hat bereits Tollius ad Palaephatum p. 142 aufmerksam gemacht mit den Worten: Corrigo (sc. Fulg. II 17 p. 698) ex mythologo anonymo inedito (II Myth. Vat. 107) viri celeberrimi et egregii Is. Vossii. Scriptor ille recentior est Fulgentio, a quo multa desumpsit, ut et Servio, multo vero antiquior Albrico philosopho et magis Boccatio, qui ex eo multa sunt mutuati."

E. Jungmann[1]): „Circumspicientibus enim nobis, qui eum (sc. Fulgentium) expilaverint, Mythographi

---

1) Quaest. Fulg. in Act. soc. phil. Lips. I (1871) p. 50.

tantum Vaticani alter et tertius ab Angelo Maio in lucem protracti praesto sunt, de quorum aetate non constat." Idem in Mus. Rhen. XXXII p. 565: „Die Zeit, in welcher der zweite und dritte der Vaticanischen Mythographen, denen Fulgentius als Quelle gedient hat, ihre dürftigen Compendien abgefasst haben, lässt sich auch nicht annähernd feststellen."

D. Comparetti[1]): „Der zweite und dritte Vaticanische Mythograph haben ebenfalls mehr oder weniger den Fulgentius benutzt, eine Tatsache von Bedeutung, wenn man bedenkt, dass die Fabeln Hygins wie die des Vat. Myth. (besonders des ersten) jedenfalls Schulbücher waren."

Rud. Helm[2]): „Die Mythographi Vaticani, die ja das Fulgentianische Latein öfter emendieren ...."

L. Traube[3]): „Den Vers (sc. Clotho colum ... fab. 14,31) lasen bei ihm (sc. Myth. I 110) schon Myth. II und III, die Fulgentius (II) und Servius (III) selbständig dazu benutzten."

Habes virorum doctorum sententias inter se concordes, quibus facere non possumus, quin et ipsi nos addicamus. Neque enim quod a Mythographo plerumque aliorum scriptorum nomina ac verba a Fulgentio laudata omissa esse videmus (qua de re infra), neque quod nonnullis locis maiorem inter utriusque Mythographi rationem dicendi discrepantiam deprehendimus, eo ducit, ut Fulgentium a Mythographo expilatum esse negemus, cum Mythographus, id quod ceteri fontes ab eo exscripti docent, sinceritatem simplicitatemque sermonis consulto sectetur, itaque a verbositate, confusione, turgido inflatoque genere scribendi, quo Fulgentius maxime delectatur, omnino abhorreat.

---

1) Virgil im Mittelalter, deutsch von Dütschke, Leipzig 1875 p. 108.

2) Berl. phil. Woch. 1899 p. 427.

3) O Roma nobilis, Abh. Acad. München I Cl. XIX Bd. 2 Abt. p. 392.

Qua de causa etsi nonnullae fabulae a Fulgentii verbis magnopere discrepant, tamen plurimis insignior cum Fulgentio consensus est, quam ut ad communem fontem ab utroque Mythographo expilatum eum reicere possimus. Exempli causa haec profero:

Myth. fab. 11,21—26	Fulg. I 6
Tricerberum canem eius subiciunt pedibus, vel quia iurgiorum invidia ternario conflatur statu, naturali, causali, accidentali. Naturale est odium, ut canum, leporum, hominum. Causale est, ut amoris zelus. Accidentale est, quod aut casu oritur ut hominibus, aut propter comestionem ut iumentis.	Tricerberum vero canem eius subiciunt pedibus, quod mortalium iurgiorum invidiae ternario conflentur statu, id est naturali, causali, accidenti. Naturale est odium ut canum et leporum, luporum et pecudum, hominum et serpentium, causale est ut amoris zelum atque invidiae, accidens est, quod aut verbis casualiter oboritur ut hominibus aut comestionis propter ut iumentis.

Myth. fab. 118	Fulg. II 10
Veritas autem est, quia quisque avarus, cum omnia pretio destinat, fame moritur. Quod Mida rex erat, qui collecta pecuniarum suarum summa, ut Sosicrates dicit, Pactolum fluvium, qui in mare decurrere solitus erat, per innumerabiles meatus ad irrigandam suam provinciam derivavit, suaque expensa avaritia fluvium fertilem reddidit. Mida enim Graece quasi μηδὲν ἰδών dicitur, id	. . . . . quod omnis appetitor avaritiae cum omnia pretio destinat, fame moritur, quod et Mida rex erat; sed collecta pecuniarum suarum summa, ut Solicrates Cizicenus in libris historiae scribit, quod omni censu suo Mida rex Pactolum fluvium, qui in mare decurrere solitus erat, per innumerabiles meatus ad irrigandam provinciam derivavit suaque expensa avaritia

Myth. fab. 118	Fulg. II 10
est nihil sciens. Avarus enim in tantum stultus est, ut etiam sibi prodesse nesciat.	fluvium fertilem reddidit. Mida enim Graece quasi medenidon, id est nihil sciens; avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit.

Propter notabilem igitur illum cum Fulgentii fabulis consensum Mythographum II Fulgentii mythologiarum libros ipsos ad manus habuisse in usumque convertisse probabile mihi videtur; quae summa concordia haud dubie non intercederet, si uterque ad eiusdem fontis auctoritatem se applicasset; quae si ita essent, nullo modo fieri potuit, quin multo magis inter se discreparent, cum Fulgentius, qui quattuor fere saecula ante Mythographi aetatem floruit et, ut scientiam ostentaret, multa de proprio penu adiecit vel affinxit, liberius certe magisque ad arbitrium quam Myth. II fonte suo usus sit. Maiorem praeterea admirationem haberet, si Mythographus in fabulis et etymologiis suis conscribendis Fulgentium neglexisset, hominem illum ea aetate celeberrimum, cuius libri, id quod superstites adhuc satis multi codices confirmant, per totum medium aevum in scholis tractabantur et quasi pro sacris habebantur, cuiusque vestigiis saeculo ipso XII Ioannes Sarisberiensis, Bernh. Carnutensis alii[1]) insistebant. Iam singulas fabulas subiungam.

fab. 1,27—1 ex parte apud Fulg. I 2 p. 17,10—16 est.

v. 27 Fulg. *Saturnus Polluris* (*Pollucis* nonnulli codices) *filius*. *Polluris* lapsum calami satis antiquum esse pro *Telluris* lectio cod. Vind. *Caeli et Polluris* docet.

v. 14—15 e Fulg. I 2 p. 18,10—12.

---

[1]) cf. A. Gasquy in Berl. Stud. f. class. Phil. VI (1887).

fab. 4, 2—3 e Fulg. I 3 p. 18,18—19 *secundam Iunonem quasi aerem* (similiter sch. Theb. I 258 e S. Ae. I 47) et p. 19,2—3 ... *ait Iunonem ab Iove vinctam catenis aureis.*

v. 4—7 e Fulg. II 1 p. 38,15—17. 20—21.

v. 6 Lectio RV corrupta est: quod divitiae semper pugnaces sint et numquam abortiant. Recte Fulg.: quod divitiae semper praegnaces sint et nonnumquam abortiant.

fab. 5,9—10 e Fulg. II 1 p. 38,22.

v. 10 Fulg. *petax in aspectum sui.*

fab. 6,18—20 e Fulg. II 1 p. 39,4—8.

v. 18 Fulg. *Irim quasi arcum pacis*, cf. Vulg. Genes. IX 13: Arcum meum ponam in nubibus et erit signum foederis inter me et inter terram.

v. 18 Fulg.: quod sicut ille ornatus varios pingens arcuato curvamine momentaliter refugit. Hoc multo melius est, quia cum v. 20 *fortuna fugitiva* concinit.

fab. 7,37—40 e Fulg. I 3 p. 19,3—7.

v. 38 Fulg. et V: quod aer igni caelesti coniunctior, duobus deorsum elementis misceatur, id est aquae et terrae.

fab. 9 e Fulg. I 4 p. 19,14—19.

v. 8—10 abest a Fulg.; prius enuntiatum Myth. sine dubio e fab. 1,20—22 huc transtulit, sed legendum est etiam hoc loco *quam terra*; ad posterius enuntiatum fingendum ansam fortasse ei praebuit schol. Luc. III 110: quia aquae viciniores sunt coelo quam terra, a qua continentur.

v. 13 Fulg.: Tridentem vero ob hac re ferre pingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, id est liquida, fecunda, potabilis. Cod. Vind.: Ideo eum tridentem dicunt habere, quod aquarum (*natura* addendum est) triplici fungatur virtute, id est liquida, fecunda, potabili.

v. 14 *potabili* D et Myth. II, *potabilis* reliqui et Myth. I.

fab. 10 e Fulg. I 5 p. 20,2—4.

v. 18 cf. S. Ae. VI 273 *Orcum autem Plutonem dicit.* Quod sequitur *quasi iurantem, ne aliquis impunitus abeat*, non est apud Fulgentium, sed cf. Serv. Dan. Ge. I 277: Celsus, ut iuris iurandi deum, pallidum dictum, quia iurantes trepidatione pallescunt; nam quod Orcum defunctae animae iurare dicuntur, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fata adiuvent. Serv. Dan. alium fontem nobis ignotum secutus est, sed eundem ac noster etiam Myth. III 6, 1: Sed et Orcus appellatur. *Ὁρκῶ* namque Graece iuro dicitur, quasi enim iurat et affirmat nullam se animarum sine supplicio et examine dimissurum. Schol. Luc. VI 433: Dis dicitur Pluto quasi dives; nil enim ditius inferno. Graece enim dicitur Orcus a verbo *ὁρκῶ* i. e. iuro, quasi enim iurat Pluto de se nullum dimissurum.

fab. 11,21—26 e Fulg. I 6 p. 20,9—15.

Fulgentius cum cod. Vind. consentit: v. 22 *id est naturali,* v. 24 *accidens est,* v. 25 *comestiones.*

fab. 12 e Fulg. I 7 p. 20,20—21,5 et sch. Theb. I 477.

v. 30 *Noctis et Acheruntis filiae* est apud S. Ae. VII 327 et in schol. Theb. IV 456.

v. 31—32 cf. S. Ae. VI 250: et Eumenides dicuntur *κατὰ ἀντίφρασιν,* cum sint immites.

v. 36 *in vocem* Fulg. DEGL, *in voce* Fulg. reliqui et V, *in voces* R.

fab. 13,6—10 e Fulg. I 9 p. 21,20—22,7.

v. 6 *a rapiendo Harpyiae dictae,* cf. Fulg. I 9 p. 21,16: arpage enim Graece rapina dicitur.

v. 6 *αἴρων ἄλλον* R, *edo mallon* V, *edon allon* Fulg. *ἑλὼν ἄλλο* Bodius.

v. 6 Fulg. et V *id est alienum tollens*; *id est* om. R.

fab. 14,31—36 e Fulg. I 8 p 21,7—13.

v. 35: quemadmodum vivere possit; tertia mortis est dicio, quae sine lege venit V.

fab. 15 e Fulg. I 10 p. 22,9—16.

v. 40 *terra radicibus proserpentem* V.

v. 41 Fulg.: quia centuplatum seges proferat fructum.

v. 41 *vel centum potestates habens* est apud S. Ae. IV 510 et schol. Luc. VI 700.

v. 42 *Hinc hecatomben* (*ecatobem* Vind.) *dicimus domum multiplicem*. Ita in RV traditum est; locum aperte corruptum Bodius ita sanare conatus est: *Hinc Hecaten dicimus deam multiplicem*. Quae coniectura quamquam minime facilis non reicienda mihi videtur; nam quod sequitur *Ipsa est enim* e. q. s. postulat, ut proxime adsit vocabulum, ad quod haec referantur. Sed nescio an *hecatomben* corruptum sit ex *ἑκατόμποδον*, qua emendatione facillima vox *domus* ab utroque codice tradita servetur; cf. Hom. Il. Ψ 164 *Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμποδον ἔνθα καὶ ἔνθα*. Praeterea templum Athenis centum pedes ab omni parte patens Hecatompedon appellabatur.

v. 1—2 = S. Ae. VI 118: ipsa enim est Luna, Diana, Proserpina.

fab. 19,43—5 e Fulg. I 12 p. 23,4—9.

v. 1 Fulg. et V *quod fervore suo*.

v. 13—14 e Fulg. I 17 p. 28,15.

v. 14 Fulg.: Et quia omnis falsa credulitas sicut serpentes luce manifestante deprimitur, Pithonem eum interfecisse dicunt.

fab. 20,16—20 e Fulg. I 17 p. 28,9—14.

v. 16 Apollinem tripodem dicunt, quia praeterita norit, praesentia cernat, futura visurus sit V. Modus coniunctivus etiam apud Fulgentium.

v. 20—21 e Fulg. I 12 p. 23,11—13.

fab. 21 e Fulg. I 12 p. 23,14—22.

v. 24 *Acteon* V et Fulg., recte *Aethon* apud S. Ae. XI 89. Hyg. fab. 183. sch. Theb. III 413.

v. 26 *hora* V omisit.

v. 27 *ardens* neque apud Fulgentium (praeter cod. E) neque in V legimus.

v. 28 Fulg. et V haud bene *terram amans.*

fab. 22,39—2 e Fulg. I 13 p. 24,2—9.

v. 2 Fulg.: sive etiam secundum Pindarum solus inter omnes aves LX quattuor significationes habeat vocum.

fab. 23,9—14 e Fulg. I 14 p. 24,12—19.

Iidem versus ad verbum fere in codd. MPc schol. Theb. III 105 redeunt. Myth. a Fulgentio enuntiatorum structura magnopere differt.

fab. 24 e Fulg. I 15 p. 25,2—4. 18—27,11.

v. 20 *quae repperit historias,* v. 23 *quae tibias,* v. 25 *quae tragoedias,* v. 27 *quae comoedias,* v. 30 *quae rhetoricam,* v. 31 *quae geometricam,* v. 34 *quae psalterium,* v. 37 *quae astrologiam.* Haec omnia apud Fulgentium non legimus; sed cf. Baehrens PLM III 243, ubi codices carmini novem musarum illa verba medio scilicet aevo assuta praemittunt. Mythographum II ex I 114 ea petivisse verisimile est.

v. 24 *id est suavia dicens*
v. 28 *quia . . . . capacitate*
v. 36 *vel bona vox*
v. 40 *vel optima tribuens*
v. 43 *vel desideratum est*
} nusquam alibi legi.

v. 25 *proprium* V, in marg. *alias primum.*

v. 27 *Thalia* V omisit in lacuna 6 fere literarum.

v. 29 *id est multam memoriam faciens* Fulg., *id est priora recordans vel multa memoria* V.

v. 31 Fulg. et V *Sexta Erato* omisso *est.*

v. 34 Fulg.: Terpsichore id est delectans instructionem.

v. 35 V et nonnulli codices Fulg. *quod invenies*; R et alii codices Fulg. *quid invenias.*

v. 40 Post *tribuens* in R V legimus *quae litteras;* ita etiam versibus novem musarum (cf. Baehrens l. l.) inscriptum est.

v. 42 Fulg. et V *quod delectatus es.*

v. 1 V et Fulg. codd. praeter H *de tuo simile ad quod memineris* (*ad quae memineris* V). Legendum esse conicio, quod Fulg. cod. H exhibet *simile aliquid, quod memineris,* nam cf. supra v. 32: conatur aliquid sibi simile de suo invenire.

v. 2 *quo iudicas* V, *quod iudicas* R, *de quo iudicas* Fulg.

Versus novem musarum, qui a cod. Vind. et Fulg. absunt, extant in his codicibus ab Aem. Baehrens (PLM III 243 sq.) adhibitis: Turicensi A saec. IX, Caroliruhensi B saec. IX—X, Vossiano C saec. X, Cantabrigiensi D saec. X—XI, Parisino E saec. XI. Inscribunt:

Nomina Musarum A,
Versus Catonis de musis vel nominibus philorum B,
Incipiunt versus Catonis philosophi de novem musis C,
Nomina novem Musarum et versus earumdem D,
Versus de novem musis et nomina earum E.

Ordo versuum varius est apud Myth. et in codicibus:

Myth.	Codd. ABC	Codd. DE
Clio	Clio	Clio
Melpomene	Euterpe	Euterpe
Polymnia	Thalia	Thalia
Euterpe	Melpomene	Melpomene
Terpsichore	Terpsichore	Terpsichore
Urania	Erato	Erato
Thalia	Urania	Polymnia
Erato	Calliope	Urania
Calliope	Polymnia	Calliope

v. 10 codd. *Urania poli* (*poliq.* B), *Uranie caeli* vulgo, *Urania arce poli* Baehrens.

v. 12 codd. et V *carmine vultu,* recte R *carmine ducto.*

fab. 25,27—35 e Fulg. II 16 p. 57,16—58,5.

v. 27 *Lunam ideo ipsam voluerunt* Fulg., *Lunam ipsam voluerunt* V, *Lunam voluerunt* R.

v. 28 Fulg.: seu quod humilior currat et terris praesit; sed Isid. Or. III 61: Luna vicinior est terris quam sol.

fab. 28,14—18 e Fulg. II 16 p. 58,7—14.

v. 17 Fulg.: quod nocturni roris humor, quem vaporea siderum atque ipsius lunae animandis herbarum sucis insudant, pastoralibus prosit successibus (successoribus V).

fab. 30,35—38 e Fulg. II 1 p. 40,18—21.

v. 36 Fulg. et V *patiatur* pro *patitur.*

v. 37 Librarius cod. Vat. eadem quam supra p. 17 dixi de causa praetermisisse videtur, quae cod. Vind. post *naufragia* praebet: Vulcanus fingitur Veneris maritus, quod venereum officium non nisi calore consistit. Unde Virgilius in tertio georgicorum: frigidus in Venerem senior.

v. 38—1 Hos locos Horatianos (sat. I 2, 43. 59) apud Fulgentium non legimus.

v. 1—4 e Fulg. II 7 p. 47,3—4. 10—14.

fab. 31 e Fulg. II 1 p. 40,8—11.

v. 6: Huic etiam rosas in tutelam adiciunt Fulg., huius Veneris in tutelam rosas adiciunt V, Veneris in tutelam rosas addicunt R.

fab. 32 e Fulg. II 1 p. 40,21—23.

fab. 33,13—14 e Fulg. II 1 p. 40,13—15.

fab. 34 e Fulg. III 8 p. $72,_{11}$—$73,_{5}$.

v. 32: quem Venus ad se recepit et amavit, cf. Hyg. fab. 271 p. 146: Adonis ... quem Venus amavit.

v. 33—35 Quod Fulgentius ingenti verborum tumore per decem versus narrat, Mythographus duobus versibus complectitur.

fab. $39,_{32}$—$_{3}$ e Fulg. II 1 p. $37,_{23}$—$38,_{13}$.

v. 32 *Minerva sapientiae dea* add. Myth. e fab. $37,_{37}$: Minerva ... dea dicitur sapientiae.

v. 33—34 Myth. add. e v. 35. 39. 36 huius fabulae.

v. 36 Fulg.: Gorgonam etiam huic addunt in pectore quasi terroris imaginem.

v. 39 Pro *cerebrum sapientia* cum Fulgentio scribendum est *cerebrum sapientis*; *cerebrum sapientiae* V.

fab. $40,_{28}$—$_{40}$ e Fulg. II 11 p. $51,_{14}$—$52,_{9}$.

v. 29 Fulg. et V *quod* ut saepe pro *quia.*

v. 34 Fulg. et V *quod quidem sapientia.*

v. 36 Post *celat* Fulg. et V *omnis enim sapiens furorem suum in corde celat.* Oculus scribae cod. Vat. a priore *celat* ad alterum transsiluit.

v. 39 *haconleron* Fulg., *accoloren* RV, *acconloren* Maius, qui *ἀκίδων λήθην* coniecit. Assentior Bodio in adnotationibus: Quamnam corruptam etymologiam sibi finxerit auctor, non opus est investigare.

v. 40 Post *commendat* V *etiam omnium unus,* quod sine dubio depravatum est ex *quae est omnium munus,* ut apud Fulgentium hoc loco legimus.

fab. $42,_{13}$—$_{18}$ e Fulg. I 18 p. $29,_{8}$. $30,_{9}$—$_{11}$.

v. 13 Fulg.: Mercurium dici voluerunt quasi merciumcurum.

v. 14—16 non est apud Fulgentium; cf. p. $29,_{6}$: hunc etiam internuntium furatrinumque deum.

fab. 63,$_{15-27}$ e Fulg. II 6 p. 45,$_{9}$—46,$_{11}$.

v. 20 Fulg. *melius in re* (*inire* nonnulli codd., *ipse* Zink) *oculatus arbiter praesumpsisset.*

v. 22 Fulg. et V *detulit* pro *intulit.*

v. 22: dumque videret omnia caelestia flammatis animata vegetare vaporibus Fulg.; et dum videret caelestia animato vigore vegetata V. Optima est lectio cod. Vat.: et dum videret caelestia animata et vigore vegetata.

v. 23 *ignem consequitur* R, *ignem est furatus* V, *ignem furatus est* Fulg.

v. 25 Fulg. et RV *nos Latine* pro *nos Latini.*

fab. 78,$_{39-43}$ e Fulg. II 12 p. 52,$_{21}$—53,$_{1}$.

v. 43 Cod. Vind. mysticam praeterea nominum explanationem subnectit iisdem fere verbis quibus Fulgentius utitur: Prima Ino; inos Graece vinum. Secunda Autonoe quasi autonynone id est se ipsam non cognoscens. Tertia Semele quasi samalion, quod nos Latinum corpus solutum dicimus. Unde et ipsa genuisse Liberum patrem dicitur id est de libidine nata ebrietas. Quarta Agave, quae ideo insanis (insaniae Fulg.) comparatur, quod caput filii vinolenta abscidit.

fab. 80,$_{2-8}$ e Fulg. II 12 p. 53,$_{8-24}$.

Enuntiatorum ordo apud Fulgentium et in RV plane diversus est.

v. 2 Vind.: Liber autem Ligeus etiam vocatus inter deos receptus dicitur tigribus sedere (ita etiam Fulg.; *tigribus insidere* R), iuvenis nudus pingitur. Liber autem Lieus pater dictus est, quod vini passio (ita Fulg. et RV; *potio* Zink) liberas mentes faciat. Schol. Luc. I 675: A vino enim Liber pater dictus eo, quod mentem leniat.

v. 6 V multo melius *ferae mentes*; Fulg. *efferatae mentes.*

v. 7 Fulg. et Myth. I 120: quia numquam ebrietas matura est; RV: quia semper ebrietas calet.

fab. 81,16—22 e Fulg. III 3 p. 62,20—63,5.

Non Actaeonis memoriam a Fulgentio perquam breviter praestrictam, sed mysticam tantum expositionem Mythographus ex hoc fonte desumpsit.

v. 20 Fulg. et V: affectum tamen canum non dimisit.

fab. 84 e Fulg. II 5 p. 43,22—45,4.

Eadem fabula similibus verbis narratur in Hyg. fab. 75. schol. Theb. II 95. Narr. fab. III 4. IV 1. Myth. I 16.

v. 2 *Perierae* R et schol. Theb. II 95, *Pertere* V, *Everi* Narr. fab. III 5 et IV 1, *Everis* Hyg. fab. 68 et 75, Maius, Bodius, *Εὐήρους* Apollod. bibl. III 69.

v. 4 *post temporis seriem* = Fulg. II 5 p. 43,24.

v. 6 *in figuram rediit pristinam* = schol. Theb. II 95.

v. 7—8 et 10—13 = schol. Theb. II 95.

v. 9: qui utramque naturam expertus fuerat = Narr. fab. III 4.

v. 10 = Fulg. II 5 p. 44,3 et Myth. I 16,22.

v. 10—13 ita apud Fulg.: Iuno irata ei lumen ademit, Iuppiter vero divinitatem ei concessit.

Mystica quae sequitur explanatio et argumento et plerumque verbis cum Fulgentio conspirat.

fab. 89,10—13 e Fulg. I 20 p. 31,21—24.

fab. 107,6—19 e Fulg. II 14 p. 55,18—56,25.

v. 7 Vind. et plurimi codices Fulg. *Ixion quasi acsionem.*

v. 13 Non recte V: Denique Centauri dici debuerunt, ex quo equis mixti pinguntur. *Ex quo* a Fulg. et RV traditum iure Bodius emendavit in *eo quod.*

v. 18 Fulg. *erectiones* sensu cassum est; recte Myth. *ereptiones.*

fab. 113 e Fulg. I 21 p. 32,22—33,15.

Prior pars fabulae Fulgentio simillima, altera dissimilior est, ut in medio relinquam, an ex eodem fonte Myth. et Fulg. hauserint.

v. 21 *Medusa oblivio*; Fulg. *itaque Medusam quasi meidusam, quod videre non possit*; Myth. I 130 *Medusa amentio et oblivio.*

v. 21 Fortasse pro *Haec omnia* ... cum V melius scribendum est: Haec nomina terrorem faciunt in hominibus.

fab. 115 non ex ipso Fulgentio, sed ex eodem fonte fluxit, quo Myth. I 125,9—15. Fulg. III 9 p. 73,11—16. Hyg. fab. 165 p. 19,10—15. schol. Luc. III 206. IX 350 usi sunt.

v. 4 Fulg. et V *ad Tritonam paludem*, sed recte *ad Tritoniam paludem.* Apud Hyg. Marsyas ad arborem religatus et a Scytha quodam dilaceratus discipulo Olympo ad sepeliendum traditur.

v. 13 = Fulg. III 9 p. 76,18: Marsyas enim Graece quasi morosis, id est stultus solus, qui in arte musica tibiam praeponere voluit citharae; unde et cum porcina pingitur cauda.

fab. 116 paulo brevius apud Fulg. III 9 p. 73,17—74,2 et Myth. I 90,31—38, qui ad verbum congruunt, narratur.

fab. 118 e Fulg. II 10 p. 50,14—24.

v. 39 *Socrates* RV, *Sosicrates* Maius, Bodius, *Solicrates* Fulg. Omnino, quod Fulgentius praebet, reiciendum est, quia nomen *Solicrates* nullum est. Equidem *Sosicrates* praefero, cum corruptela Sosicratis in *Socrates* multo facilius intellegatur quam Socratis in *Sosicrates*.

fab. 130 e Fulg. III 2 p. 61,21—62,14.

Quod Mythographi Vaticani (I 232. II 130. III 7, 3) Perdiccam amore matris (sive suae ut Myth. I et III, sive matris deum ut Myth. II) correptum esse narrant, etiam in carmine „Aegritudo Perdiccae" codicis Harleiani saec. XV (Baehrens PLM V 112) explicatur, quo in carmine aeque atque in Dracont. carm. prof. II 41 (Baehrens l. l. p. 130)

nomen iuvenis recte Perdicas scriptum est. Quae primum de Perdicca, Alexandri I regis Macedonum filio, narrabantur, postea in Perdicem, sororis Daedali filium, translata sunt[1]), a quo serram inventam esse permulti auctores testantur: Hyg. fab. 39. S. Ge. I 143. schol. Ovid. Ib. 498. Narr. fab. VII 8, 3. Isid. Or. XIX 19, 9.

v. 6: Sed ut Fenestella Martialis scribit R; sed ut in Fenestella Martialis scribit V. *Martialis* Fulg. G, *Marcuacis* D, *in arcaicis* R, *in archiacis* PE, *in arciacis* H, *in arcilacis* TM. Fenestellam, historiarum scriptorem, neque Martialem appellatum esse neque archaica scripsisse inter omnes constat. Nonius tribus locis (p. 154, 17. 221, 36. 385, 7) annales Fenestellae tribuit; itaque probabile mihi est *in annalibus* in fonte fuisse.

v. 8 *et interire athletas suos* librarius cod. Vind. ex *et contiroletas suos* corrupit.

v. 11 Fulg.: ob quam rem matrem quasi terram omnium genitricem amasse dicitur.

Mythographus nullo fere loco Fulgentii verbis immutatis hanc fabulam exscripsit, nisi quod in v. 6 post *dicitur* Vergilii verba a Fulgentio laudata omisit *sicut Virgilius ait: Nam primum cuneis scindebant fissile lignum.* Perdiccam matrem deum amavisse Myth. ipse sibi finxisse videtur ea fortasse de causa, quod amor illicitus Perdiccae erga matrem suam Mythographi animum offendit.

fab. 142,15—21 e Fulg. III 11 p. 79,13—24.

v. 15 Fulg. et V *Phineus enim.* Quae coniunctio copulativa a Fulgentio ineptissime ex exemplo transscripta a librario cod. Vind. servata est, quamquam apud utrumque in fab. praecedenti vox Phinei omnino non commemoratur.

v. 19 *a conspectu* Fulg. et V, *ab aspectu* R. De scriptura *Zetes* cf. supra p. 29.

---

[1]) E. Rohde, Der Griech. Roman p. 54. Baehrens Uned. lat. Ged. p. 6 sq.

fab. 154 e Fulg. I 22 p. 34,4—35,7.

Totam fabulam Mythographus ad verbum fere e Fulgentio deprompsit, uno tantum loco Mythographo fusius narrare placuit. Fulgentius enim, postquam de oraculi Apollinis responso locutus est, ita pergit: Quod uxor effecit; itaque Hercules dum ad Tricerberum canem abstrahendum descenderet ... Mythographus vero paucissimis illis verbis non contentus inde a v. 41—44 e schol. Theb. VI 359 p. 318 complura in fabulam suam inseruit.

fab. 155,16—22 e Fulg. II 2 p. 41,5—42,3.

Mythographus verbis ipsis plerumque servatis Fulgentii fabulam, ut ita dicam, in epitomen coegit.

v. 16 Fulg. *quae cum persuasit, et coli deligatos* (*delicatos* D β) *enervare contractus.* Recte Myth. *ut coli delicatos enodaret contractus.*

fab. 198,34—3 e Fulg. I 20 p. 31,12—22.

fab. 206 p. 143,43—144,41 e Fulg. III 7 p. 70,4—72,7.

v. 17—35 Mythographus e Fulg. II 1 p. 36,2—37,19 petiit. Fulgentius maximo verborum strepitu omnia miscet confunditque, Mythographus multo simplicius ac dilucidius narrat.

fab. 212,19—23 e Fulg. II 9 p. 49,20—50,4.

v. 19 *cironore* R, *χειρῶν ἔργον* Bodius. Scribendum esse videtur *cironcre*, quod Fulg. quoque praebet. Cironcre sine dubio ex *chiron crine* correptum est, nam Fulg. vertit *manus diiudicatio vel operatio* et alio loco (II 7 p. 48,4) *manuum iudicium.*

Caput II.

De fontibus, qui aetatem non tulerunt.

A. De commentariis Vergilianis.

Ex permultis commentariis ad Vergilii carmina interpretanda conscriptis pauci aetatem tulerunt. Quos si accuratius contuleris, manifestum inter eos deprehendes consensum, ita ut Vergilii commentatores ad eandem librorum antiquorum auctoritatem se applicasse liceat concludere. Librum fabularum quendam extitisse Thilo I praef. LXVI suspicatur: „Praeter hos libros fabularum volumen aliquod, quod non iam extat, ad augendum Servianum commentarium ab illo adhibitum esse probabile est." Ad tales commentarios Vergilianos hodie non iam superstites haud exiguam Mythographi nostri fabularum partem propter perspicuam cum Danielini Servii, Philargyrii, Probi, aliorum commentariis similitudinem revocandam esse patere mihi videtur. Iam vide has fabulas:

fab. 1,15—22 in antiquo libro mythographo extitisse videtur, ex quo schol. Luc. et Servius hauserunt; nam cf. schol. Luc. IV 110: Tres fuerunt filii Saturni; Iuppiter possedit coelum sortem, Neptunus mare; et hoc notat per hoc, quod dicit secunda sorte. Pluto possedit inferum. Et alter cod. Berol.: Tres enim fratres fuerunt, qui, ut fabulae ferunt, diviserunt sibi orbis imperium, Iuppiter Neptunus et Pluto. Ideoque dicitur sortem secundam Neptunus tenere, quia aquae viciniores sunt coelo quam terra, a qua continentur. Serv. Ae. X 40: nam per sortem inter se fratres mundi regna diviserunt.

v. 19 *unde et tres fratres* V.

v. 20 *Et Iuppiter caelum*. Neque verbum huic enuntiato inest neque quasnam mundi partes ceteri fratres sorte acceperint narratur. Sed quae desideramus, in V legimus: Et Iuppiter caelum, Neptunus mare, Pluto terram sorte accepisse. Hinc etiam Neptunus secunda sortis . . . Oculum scribae a priore vocabulo Neptuni ad posterius in versu insequenti sub illo positum aberrasse luce clarius est.

v. 28—32 Mythographus aut e comm. ad Verg. aut e Vergilio ipso verbis plerumque servatis exscripsisse videtur; ita enim Verg. Ae. VIII 319 sq.:

Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legesque dedit Latiumque vocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Serv. Ae. I 6: Latium autem dictum est, quod illic Saturnus latuerit. Similiter apud Serv. Ae. VIII 322 et schol. Luc. I 9.

fab. 4,$_{3-4}$ cf. S. Ae. VIII 84 p. 211,$_{19}$.

v. 6 = S. Ae. IV 45: Iunone . . . quae praeest coniugiis.

fab. 14,$_{27-31}$ e libro mythographo profecta est, cf. S. Ae. I 22: dictae sunt Parcae *κατὰ ἀντίφρασιν,* quod nulli parcant. Philarg. explan. Ecl. IV 47: Parcae] id est Parcas *κατὰ ἀντίφρασιν* appellatas, quod minime parcant, quas tres esse volerunt: unam, quae vitam hominum ordinat, alteram, quae contexit, tertiam, quae rumpit. Schol. Luc. II 15 paulo amplius de tribus fatis agit.

v. 27 *a poetis* RV, quod abest a scholio.

Ad v. 31 Baehrens PLM V 388 adnotat: „Hic versus, qui per medium aevum in deliciis fuit, legitur in cod. Burneiano 224 saec. XIII p. 358 et Parisino 4126 saec. XIII fol. 104.“ L. Traube (O Roma nobilis, Abh. Akad. Münch. I Cl. XIX Bd. 2 Abt. p. 309. 392) hunc

Caput II.

De fontibus, qui aetatem non tulerunt.

A. De commentariis Vergilianis.

Ex permultis commentariis ad Vergilii carmina interpretanda conscriptis pauci aetatem tulerunt. Quos si accuratius contuleris, manifestum inter eos deprehendes consensum, ita ut Vergilii commentatores ad eandem librorum antiquorum auctoritatem se applicasse liceat concludere. Librum fabularum quendam extitisse Thilo I praef. LXVI suspicatur: „Praeter hos libros fabularum volumen aliquod, quod non iam extat, ad augendum Servianum commentarium ab illo adhibitum esse probabile est." Ad tales commentarios Vergilianos hodie non iam superstites haud exiguam Mythographi nostri fabularum partem propter perspicuam cum Danielini Servii, Philargyrii, Probi, aliorum commentariis similitudinem revocandam esse patere mihi videtur. Iam vide has fabulas:

fab. 1,15—22 in antiquo libro mythographo extitisse videtur, ex quo schol. Luc. et Servius hauserunt; nam cf. schol. Luc. IV 110: Tres fuerunt filii Saturni; Iuppiter possedit coelum sortem, Neptunus mare; et hoc notat per hoc, quod dicit secunda sorte. Pluto possedit inferum. Et alter cod. Berol.: Tres enim fratres fuerunt, qui, ut fabulae ferunt, diviserunt sibi orbis imperium, Iuppiter Neptunus et Pluto. Ideoque dicitur sortem secundam Neptunus tenere, quia aquae viciniores sunt coelo quam terra, a qua continentur. Serv. Ae. X 40: nam per sortem inter se fratres mundi regna diviserunt.

v. 19 *unde et tres fratres* V.

v. 20 *Et Iuppiter caelum.* Neque verbum huic enuntiato inest neque quasnam mundi partes ceteri fratres sorte acceperint narratur. Sed quae desideramus, in V legimus: Et Iuppiter caelum, Neptunus mare, Pluto terram sorte accepisse. Hinc etiam Neptunus secunda sortis ... Oculum scribae a priore vocabulo Neptuni ad posterius in versu insequenti sub illo positum aberrasse luce clarius est.

v. 28—32 Mythographus aut e comm. ad Verg. aut e Vergilio ipso verbis plerumque servatis exscripsisse videtur; ita enim Verg. Ae. VIII 319 sq.:

Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legesque dedit Latiumque vocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Serv. Ae. I 6: Latium autem dictum est, quod illic Saturnus latuerit. Similiter apud Serv. Ae. VIII 322 et schol. Luc. I 9.

fab. 4,$_{3-4}$ cf. S. Ae. VIII 84 p. 211,$_{19}$.

v. 6 = S. Ae. IV 45: Iunone ... quae praeest coniugiis.

fab. 14,$_{27-31}$ e libro mythographo profecta est, cf. S. Ae. I 22: dictae sunt Parcae *κατὰ ἀντίφρασιν,* quod nulli parcant. Philarg. explan. Ecl. IV 47: Parcae] id est Parcas *κατὰ ἀντίφρασιν* appellatas, quod minime parcant, quas tres esse volerunt: unam, quae vitam hominum ordinat, alteram, quae contexit, tertiam, quae rumpit. Schol. Luc. II 15 paulo amplius de tribus fatis agit.

v. 27 *a poetis* RV, quod abest a scholio.

Ad v. 31 Baehrens PLM V 388 adnotat: „Hic versus, qui per medium aevum in deliciis fuit, legitur in cod. Burneiano 224 saec. XIII p. 358 et Parisino 4126 saec. XIII fol. 104.“ L. Traube (O Roma nobilis, Abh. Akad. Münch. I Cl. XIX Bd. 2 Abt. p. 309. 392) hunc

versum dicit media aetate pervulgatum non ante saec. IX natum esse, cum et versus Leoninus sit et vox *baiulat* propter brevem syllabam *ba* contra leges metricas vetustioribus temporibus diligenter observatas peccet. Itaque hunc versum in Myth. I 110 inculcatum esse, ex quo Myth. II et III exscripsissent.

fab. 16,24—29 cf. Verg. Ae. VIII 324:

Aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula. Sic placida populos in pace regebat,
deterior donec paulatim ac decolor aetas
et belli rabies et amor successit habendi.

Praeterea Hyg. Astr. II 25 p. 67,24 et 68,6. Ov. met. I 150. Probi comm. ad Ge. I 32: Iustitia, Astraei filia, quae cum morata esset aureo et argenteo saeculo cum hominibus, ferreo saeculo se recepit in caelum, quia ultra in terris sedem non habuerit nec sustinuerit se hominum misceri sceleribus.

v. 28 cum dicta sorore sua Pudicitia V.

fab. 19,1—3 e comm. ad Verg. fluxit.

v. 1 *quod pestilentiae deus sit*, cf. S. Ecl. V 66: Homerus eundem tam pestilentiae dicit quam salutis auctorem.

v. 2—3 = S. Ae. IV 58: Phoeboque] qui praeest auspiciis, quibus urbes reguntur.

v. 5—8 cf. S. Ae. I 132. VI 580. X 216.

v. 6 Serv. Ae. I 132 de Astraeo dicit: unus de Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt.

fab. 35,8—15 cf. Serv. Ae. I 663 p. 190.

v. 8 similiter apud Isid. Or. VIII 11, 80 redit: Sagittam, quia amor cor vulnerat.

v. 9—15 Rationes a Servio allatae prorsus aliae sunt atque apud Mythographum nostrum; non consentiunt nisi uno loco v. 12 Serv.: alatus autem ideo est, quia amantibus nec levius aliquid nec mutabilius invenitur.

fab. 37,32—40 in brevius contractam apud Philarg. Explan. Ecl. II 61 p. 43 et IV 63 p. 88 legimus.

fab. 38,26—30 in comm. Verg. fuisse videtur, quod prior pars fabulae a Mythographo e Servii commentario hausta est.

v. 27: est autem minister Liberi patris libidinis et coitus V.

fab. 41,3—11 e comm. ad Verg. fluxit.

v. 3—5 cf. S. Ge. I 335: nam in Cyllene monte Arcadiae dicitur natus esse Mercurius; schol. Luc. I 662: dictus a Cyllene monte, ubi fuit nutritus.

v. 5 legimus in sch. Theb. IV 482.

v. 6—8 cf. Hyg. Astr. II 7 p. 43.

v. 8 *praeesse autem negotiis*
v. 9 *virgam ferens* } Fulg. I 18 p. 29,4.

v. 10—11 e v. 20. 24. 22 fabulae insequentis.

fab. 42 in comm. Verg. fuit.

v. 13—14 cf. Isid. Or. VIII 11, 45 et Fulg. I 18 p. 29,8: Mercurium dici voluerunt quasi mercium — curum.

v. 14—18 cf. Fulg. I 18 p. 29,6 et 30,9—11.

v. 20—22 cf. S. Ae. IV 239.

v. 22—24 cf. S. Ae. IV 558.

v. 23 Serv.: quia satis vicinus est soli praeter ceteras stellas.

v. 24—26 cf. S. Ae. VIII 698. Hi versus non sunt in V.

fab. 44 multo brevior a plerisque auctoribus narratur. Fortasse in scholio ad Verg. Ge. IV 317 fuit, nam particulae eius redeunt in Servii et cod. Bern. scholio ad hunc locum, praeterea in schol. Bern. Ge. IV 493. Philarg. Ecl. IV 56. schol. Theb. VIII 59. Pseudacr. schol. in Hor. a. p. 392. Hyg. Astr. II 7. Fulg. III 10. Narr. fab. X 1, aliis. E. Maass (Orpheus p. 149 adn. 40) ad hanc fabulam

adnotat: „Servius (sc. ad Ge. IV 317) enthält nichts, was nicht aus Vergil selbst stammen könnte. Myth. Vat. I 76 beginnt mit einer dem Vergil fremden sonst wohlbekannten Variante: Orpheus, Oeagri et Calliopae Musae filius, ut quidam putant, Apollinis filius (Maassius errat, nam haec est coniectura Bodii. Orpheus .... Apollinis filiam habuit uxorem Eurydicen RV). Aehnlich Myth. II 44. Dagegen bringt der dritte p. 212 aus Fulgentius einen neuen Zug."

fab. 45 partim in schol. Theb., partim apud Servium redit.

v. 23—32 cf. sch. Theb. XII 156.

v. 23. 26—27. 32—33 cf. S. Ae. IX 581.

fab 50,40—3 cf. S. Ae. I 500 p. 156,24—26.

Plenius scholion, quod etiam schol. Theb. IV 254 exscripsit, Mythographum ad manus habuisse apparet; plenius est apud Philarg. Explan. Ecl. II 46 p. 40.

v. 41 In cod. Vat. unus versus intercidit, quem cod. Vind. servavit: .... Dryades. Quae cum arboribus nascuntur et pereunt, Amadryades. Plerumque ... Idem apud S. Ecl. X 62 legimus.

v. 1—2 *virgultorum .... Napaeae* } exscr. sch. Th.
v. 2 *fluminum Potameides* } IV 254.

v. 3—6 iisdem fere verbis a S. Ae. VII 47 et schol. Luc. II 424 narratur.

v. 6—11 ad S. Ecl. VII 21 prope accedunt.

v. 9 Serv. et V *commemorat* pro *memorat*.

v. 10 *alteram, quae aeris ictu sonos efficit*, sententiae accommodatum non est, nam Varro non vult explicare, quid a nymphis efficiatur, sed unde oriantur. Recte cum Servio cod. Vind. *alteram, quam aeris ictu sonus efficit.*

fab. 53,27—37 cf. S. Ae. VI 580 p. 81,9—11.

v. 27—29, quamquam similes sunt Servio Ae. VI 580, tamen Mythographus inde non hausit, nam Servius hoc

loco alios esse Titanes dicit alios Gigantes. Auctores, qui Titanes cum Gigantibus confundunt, M. Mayer, Giganten und Titanen p. 145 congessit.

v. 29—34 cf. Isid. Or. IX 2, 134. 135. Hyg. fab. 150. schol. Luc. IV 597, qui multo breviores sunt.

v. 34—37 exscripsit schol. Th. II 595; cf. etiam schol. Luc. VI 293: Aetna ... ingentes egerit globos flammarum; quod quoties fit, dicitur fulminatus Enceladus mutare latus.

fab. 60 aliis verbis a Servio ad Ae. I 731. schol. Theb. VII 414. XI 128 narratur, qui omnes cum Myth. ad communem fontem revocandi sunt.

fab. 61,4—14 e fonte, ex quo S. Ge. II 389 et schol. Theb. IV 655. 776. XI 644 hauserunt; schol. Luc. VIII 175—180 plurima de his stellis tradunt; mythographi I 19 auctor est Servius ipse ad Ge. II 389.

v. 6 cf. sch. Th. XI 644: Marathon mons Atticae regionis, in quo Icarus est occisus.

v. 12 *canis Sirius appellatur*; cf. schol. Theb. IV 776 et brev. expos. in Verg. Ge. I 33 p. 212 (Thilo III 2): Liber autem memor, quod sua causa Icarus perisset, filiam eius intra astra locavit, quae est Virgo, canemque eius, qui quotiens oritur, vites adurit Siriusque appellatur.

v. 12—13 cf. schol. Theb. IV 655. S. Ae. I 744. schol. Luc. VIII 180: Arctophylax qui et Bootes.

fab. 70 Ut exemplum huius fabulae apud auctores nostros non invenimus, ita multa vestigia, imprimis apud Servium, in schol. Bern. et in comm. Probi ad Ge. IV 247, ut in errore versari mihi non videar, cum hanc quoque fabulam ad antiquiorem commentarium Vergilianum revoco, ex quo praeterea schol. Theb. XI 401 hausit. Myth. I 91 Narrationibus fab. Ovid. VI 1. 2 usus est.

v. 39 *Libya* mutandum est in *Lydia*.

v. 3 Non cum V *Unde semper quo gaudebat,* sed cum R *Unde semet opere, quo gaudebat* legendum est.

fab. 73 similiter narratur a Philarg. et schol. Bern. ad Ecl. VI 41. Prob. Ge. I 60 p. 356. schol. Theb. III 560.

fab. 80,42—2 fortasse in scholio ad Verg. Ae. IV 196 fuit; simillima narrat schol. Luc. III 292: Cornutus Iuppiter pingitur et colitur in Libya; quod ideo fingitur, quia involuta sunt eius responsa, sicut involuta sunt cornua arietis; idem IV 673: Dicitur Iuppiter Arenarius, eo quod in arenosis Libyae locis templum habet; *ἄμμος* enim Graece arena dicitur; cf. etiam X 38.

fab. 91 cum S. Ae. IV 609. VI 154. schol. Theb. I 265. schol. Iuv. VIII 29. schol. Luc. VIII 833 ad eiusdem fontis auctoritatem se applicasse videtur.

fab. 101,34—13 ex enchiridio mythographo etiam a Servio Ae. V 864 et Fulgentio II 8 p. 48,9—49,2 in usum converso; nam

v. 34—36 cum Serv. v. 21—23 congruunt;

v. 35 *pedes gallinaceos habentes* = Fulg. v. 22;

v. 39 et 3—6 cum Serv. v. 1—4 accurate consentiunt.

v. 40—1 similes sunt Fulg. v. 13—14: Quas Ulixis socii obturatis auribus transeunt, ipse vero religatus transit.

v. 6—13 = Fulg. v. 9—11. 14—16. 21—2.

fab. 110 in commentario fuit, ex quo Serv. Ae. VII 372. schol. Theb. I 255. II 220. Myth. I 157 et II hauserunt. Hac de fabula cum C. Robert (Eratosth. Catast. p. 219 sq.) consentio, qui censet Mythographum II et I 157 (ita; non ut Robert I 130) „Vergilii aliquem codicem scholiis instructum adhibuisse, qui fortasse hodie quoque in aliqua bibliotheca latet." Idem in

fab. 112 cadere Robert quoque sibi persuasit (sed non Myth. I 137 sed I 130 ad eundem fontem redit). Similiter narrant S. Ae. VI 289. Narr. fab. IV 17. 20. Myth. I 130. 131. Fulg. I 21.

v. 8 cod. Vind.: et fontem Castilium produxit, qui et Pegasus vel Heliconius est appellatus.

fab. 117 in libro aliquo extitit, ex quo cum Myth. etiam Serv. Dan. Ae. X 142. schol. Luc. III 206. Fulg. II 10. Narr. fab. XI 3. Pseudacr. schol. Hor. epist. I 12, 7 hauserunt.

fab 125,11—15 a Serv. Dan. Ae. III 74 et Hyg. fab. 43 p. 70 narratur, quorum fonti Mythographus quoque sua debet. Schol. Luc. II 612 similia tradidit.

fab. 132 e comm. ad Verg. fluxit.

v. 43 *Leda Tindaridis filia* RV; legendum est: *Thestii*, cf. Hyg. fab. 78 p. 80 et Apollod. bibl. I 62.

v. 1—8 cf. S. Ae. VI 121 p. 26,12—16, qui brevior est.

v. 2 Cum cod. Vind. scribere malim *fraternae compatiens mortalitati.*

v. 4 *et salutaria signa nautis esse dedit*, cf. sch. Th. VII 792: et contra Castorum sidera sunt navigantibus salutaria.

v. 5 *cum stella sororis nautis signum sit perditionis* in cod. Vind. non legimus.

v. 8—15 ad verbum fere cum S. Ae. II 601 congruunt.

v. 13 Serv. et RV *durare non posset,* quod iure a Bodio emendatum est *durare non potuisset.*

v. 15—19 cf. schol. Theb. VII 792.

v. 17: ut ex hoc solvatur calore V; sed recte R: ut aes hoc solvatur calore; cf. schol. Theb.: ut etiam si aes fuerit, hoc calore solvatur.

fab. 133,21—27 similis est schol. Theb. I 476.

v. 21 *unus de Lapithis* e fab. 108,32.

v. 22 *Iovis et Ledae filiam* e fab. praecedentis v. 43 sq.

v. 23 *et in Aegypto Proteo commendaverunt* e fab. praecedentis v. 14.

v. 27 *gravi supplicio sunt damnati*, cf. schol. Theb. VIII 53, quo in scholio haec Pirithoi fabula aliis verbis narratur.

v. 27—31 cf. S. Ae. VI 617 p. 87,6—7.

v. 30 Haec Vergilii verba Serv. Ae. VI 122 affert: nam hic (sc. Theseus) ad rapiendam Proserpinam ierat cum Pirithoo et illic retentus luit poenas, ut sedet aeternumque sedebit infelix Theseus.

fab. 134 e comm. aliquo ad Verg., nam pars huius fabulae prior (v. 33—1) sine dubio in commentario Vergiliano fuit, id quod et cod. Guelferb. S. Ge. I 219, qui simillima narrat, et schol. Ach. 65 e schol. Verg. derivatum demonstrant. Etiam Thebaidis scholiasta posteriorem illam fabulae partem (v. 1—11) exscripsisse videtur, quia multa scholia et cum Myth. II et cum schol. Ach. 65 ad verbum congruunt. Brevior est scholiasta ad Luc. IV 57 et nonnullis aliis locis.

v. 41 post *erat* desideratur *corrupit*; *ab* ante *oraculo* delendum est secundum cod. Vind. et schol. Ach. 65.

v. 1—2 cf. schol. Th. V 475.

v. 2—7 cf. schol. Th. II 281.

v. 5 *Solis filium* = schol. Ach. 65.

v. 7—9 *Colchos* et v. 11 = schol. Th. V 475.

v. 9 *ibique* — 10 *dicavit* = schol. Th. II 281.

fab. 135,13—22 redeunt in schol. Theb. III 516 p. 174,3—11 et V 336 p. 279,2—12.

v. 24—28 similiter narrantur in schol. Th. V 475.

v. 25 Herculem Iasonis comitem fuisse in sch. Th. V 443 legimus, Castorem expeditioni Argonautarum interfuisse in sch. Th. VI 306.

v. 27 Tiphys gubernator navis Argus est in sch. Th. V 477 et apud Philarg. Ecl. IV 34.

fab. 136,36—41 cf. sch. Th. II 281 p. 101,17—22.

v. 42—11 cf. S. Ge. II 140. Brev. expos. Ge. II 140 p. 294 (Thilo III 2). sch. Th. V 475. sch. Ach. 65. sch. Luc. IV 552.

v. 11 schol. Theb. et V: ablatam puellam revexit ad patriam.

v. 12—16 cf. S. Ae. VII 750 p. 191.

v. 13 Serv. et V *circa Fucinum ingentem lacum* (Serv. add. *habitantes*).

fab. 149. 150,6—11 cf. S. Ae. V 134 et Serv. Dan. Ecl. VII 61.

v. 11—12 cf. S. Ae. VI 392: quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit; ob quam rem anno integro in compedibus fuit.

v. 12 *abrepta sibi Megaera* R. Quod Maius scribendum suspicatur: *obiecta sibi Megaera*, et cod. Vind. hanc ipsam lectionem praebens et schol. Luc. I 577 confirmant: Dum Hercules ivisset in infernum cum Pirithoo ad rapiendam Proserpinam, praecepit Iuno Megaerae, pessimae Furiarum, ut ostenderet se illi, quanto terribiliorem posset.

fab. 151 scholion ad Verg. Ae. I 752 fuit a Servio sic descriptum (p. 209,29): Diomedes enim, rex Thracum, habuit equos, qui humanis carnibus vescebantur. Hos Hercules occiso crudeli tyranno abduxisse perhibetur. Vestigia huius antiquioris scholii deprehendimus in schol. Theb. VI 324 (Myth. II v. 16—19. 21) et XII 156 (Myth. II v. 19—20).

fab. 153,6—13 fortasse in comm. ad Verg. Ae. VIII 190 extitit; altera pars fabulae ad verbum cum tribus Servii scholiis ad Ae. VIII congruit (supra p. 31).

fab. 163 magnam habet similitudinem cum Serv. Ae. VI 287. 575. schol. Theb. I 384. schol. Luc. IV 634, quorum e fonte fluxit. Conferamus Mythographorum fa-

bulas (verba Mythographi, quae etiam in scholiis leguntur, litteris diductis distinguam):

Myth. Vat. II 163: Lerna palus ... fuit, in qua hydra bestia erat, L capita habens vel, ut alii dicunt, VII; quae Latine dicitur excetra. Nam Hercule eam debellante, uno capite caeso, tria capita crescebant. Quam demum igne vicisse dicitur. Sed constat hydram locum fuisse vomentem aquas, vastantes vicinam civitatem. Qui cum frequenter siccaretur, ac multiplicius aquae erumperent, pro uno fonte tribus emergentibus, Hercules deprehendit venas terrae incendio posse claudi, atque ideo postquam exhausit eundem locum, ignem adhibuit et sic aquae clausit meatus, et habitabilem Arcadiae fecit.

Schol. Luc. IV 634

Hydra erat serpens L habens capita vel, ut quidam dicunt, VII, quae omnem regionem devoravit. Quod cum audisset Hercules, adiens eam debellavit, et pro uno capite inciso tria insurgebant, quae postea igne vicisse dicitur. Re autem vera palus fuit, quae totam regionem devastavit. Quam cum Hercules exsiccare vellet, pro uno fonte exsiccato tres emer-

Serv. Ae. VI 287

Hydram dicit, quae fuit in Lerna Argivorum palude; sed Latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. Sed constat hydram locum fuisse vomentem aquas, vastantes vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant: quod Hercules videns loca ipsa exussit et sic aquae clausit meatus.

sch. Th. I 384

Lerna palus fuit, quae cum frequenter siccaretur ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terrae incendio posse praecludi atque ideo, postquam exhausit eam, ignem adhibuit, et si qua unda prorumpebat, obstruxit.

Schol. Luc. IV 634	Serv. Ae. VI 287	sch. Th. I 384
gebant; sed Hercules cum grandi labore eam desiccavit et eam habitabilem fecit.		

Ab aliis auctoribus alius capitum hydrae numerus traditur: Paus. II 37, 4: unum caput; Serv. Ae. VI 575: alii tria volunt habuisse capita; Apollod. bibl. II 77. Hyg. fab. p. 12,20: novem capita; Verg. Ae. VI 576. Simonides (apud Serv. Ae. VI 575): quinquaginta capita; Diod. IV 11. Ov. met. IX 71: centum capita.

fab. 165,16—11. Cum altera pars fabulae (v. 11—29) e scholio ad Verg. fluxerit (supra p. 32), priorem quoque partem in commentario aliquo ad Verg. conscripto extitisse verisimile est. Serv. Dan. Ae. VIII 299 rem ab Ov. met. IX 89 sq. copiosius enarratam perstringit; maxime apud Thebaidis scholiastam particulas fabulae hic illic dispersas invenimus:

v. 16—21 cf. schol. Th. II 165.

v. 16 *Parthaonis filius*, *rex Aetoliae* add. e fab. 144,31.

v. 22—30 similes sunt sch. Th. IV 106. Myth. codicem M attingit: v. 22 *tertio in fluvium* schol. praeter M, *tertio in taurum*, *novissime in fluvium* M.

v. 24—25 sch. Th. cod. M *cornu*, *quod nymphis consecrasse dicitur*; *fortuna ē cornu c̄ cupiū fecisse*.

v. 31—33 cf. sch. Th. IV 109.

v. 33—11 cf. sch. Th. XI 235, quod multo brevius est, schol. Ov. Ibis 347 (p. 64 Ellis); fabulam Ovidianam met. IX 211 proxime attingit Hyg. fab. 36 p. 67. Nessi memoria etiam in schol. Luc. VI 392 est.

v. 34 cf. schol. Th. XII 497.

v. 35 Nomen fluvii Evenus occurrit in sch. Th. V 837.

fab. 166,36—38 cf. Serv. Dan. Ae. II 761; schol. Luc. I 97: Dictum autem est asylum quasi asyrum, quod inde nullus extrahi posset.

v. 38 = S. Ae. II 761; schol. Luc. I 97: et hoc non omnibus templis nisi quibus consecrationis lege concessum est.

fab. 168 simillima est schol. Theb. VII 335, sed non ad hoc revocanda est, quia duobus locis cum scholio dissentit:

v. 4 schol. *de Anthedone civitate.* Cum Myth. conspirat cod. G saec. XI Brev. Expos. Ge. I 437 p. 270 *Glaucus Antiodonis filius.*

v. 7—8 absunt a sch. Th., sed Brev. Expos. l. l.: Glaucus enim dolens amisisse praedam, id est pisces, praecipitavit se in mare et deus marinus factus est. Ex tali fonte etiam Serv. Ge. I 437. Fulg. II 9. Narr. fab. XIII 9 fluxerunt. Idem Steph. Byz. s. v. Ἀνθηδών.

fab. 172 iisdem fere verbis in Servianis libris narratur, cf. Thilonis adnot. S. Ecl. VIII 55 p. 101, similiter a Philarg. et Probi comm. et schol. Bern. ad Ecl. VIII 56.

v. 6 *et ita ad Taenarium litus vectus* cf. Oppian hal. V 452 Ταιναρίῃ τ' ἐπέλασσεν ἐπὶ προβολῇσι Λακώνων.

fab. 173 in comm. ad Ae. III 694 fuit, quem scholiasta Theb. I 271 et IV 239 exscripsit omissis verbis *secundum fabulas* (Myth. v. 9) et additis *usque in Siciliam* (Myth. v. 12). Quod Myth. in fine addit *et undis eius commisceri,* apud Serv. Dan. ad hunc locum p. 455,3 legimus. Fusius narrat schol. Luc. III 177.

fab. 192 e comm. aliquo ad Verg., cuius haec vestigia invenimus: Serv. Ae. I 235. 380. III 94. 167. VII 207. X 719. Serv. Dan. Ae. II 325. III 167. X 719. schol. Bern. Ge. III 35.

fab. 194,38—40 = S. Ae. IV 585 p. 567,8—10.

v. 40 *deflerct* cf. sch. Th. V 751: postea cum ille longae vitae fata defleret, in cicadam mutatus est.

v. 40—42 = S. Ae. I 489 p. 155,3—5.

v. 41 *Aethiopem* ex eiusdem schol. v. 7.

fab. 195,2—5 cf. S. Ae. I 617 p. 181,5—8.

v. 5—10 ad verbum fere consentit cum Serv. Dan. Ae. II 649 p. 315,5—11.

fab. 196 ab Apoll. III 12, 5. Hyg. fab. 93 p. 88. Serv. Dan. Ae. II 247 narratur. Servius haec tantum praebet: Dei iussu] praecepto Apollinis, qui spe promissi coitus concessa divinatione frustratus sustulit fidem vera dicenti.

fab. 197,18—20 cf. S. Ae. X 705 p. 461,10—13.

v. 20—21 cf. S. Ae. VII 320 p. 152,3—4.

v. 23—27 cf. S. Ae. V 370 p. 623,11—14.

fab. 198,30—34 cf. Serv. et Serv. Dan. ad Ae. I 28. schol. Theb. I 548. Narr. fab. X 4. schol. Luc. I 653.

fab. 199,27—38 cf. S. Ae. X 91. 92. De hac fabula supra p. 40 fusius egi.

fab. 202,42—7 in commentario ad Ae. IV 471 et 473 fuit; v. 3—7 simillimus est Servii scholio Ae. IV 473: a Pacuvio Orestes inducitur Pyladis admonitu propter vitandas furias ingressus Apollinis templum: unde cum vellet exire, invadebatur a furiis. Hinc ergo est: sedent in limine dirae.

fab. 204 Mythographus in schol. ad Verg. Ae. II 7 invenit, nam:

v. 32—34 = Serv. Dan. Ae. II 7.

v. 34—38 = Serv. Ae. II 7.

fab. 227 cf. S. Ge. I 149 p. 167.

Fabula proxime ad nonnulla scholia Lucaniana accedit. III 441: Dodona est civitas Epiri, iuxta quam silva est Iovi consecrata; VI 426: Primum enim illic homines cibos ex glandibus sumpserunt; VI 427: Dodona est silva, ubi dabantur responsa quasi ab ore Iovis; et dabantur ibi responsa in quercubus per aves . . . Tangit illud, quod homines prius vixerunt glandibus . . . Dodona silva est Epiri, Iovi consecrata, in qua responsa dabantur ab aereis ollis.

v. 6—7 in solo cod. Serv. R saec. X; similia Serv. et Serv. Dan. Ge. I 8.

v. 7 cf. S. Ecl. IX 13. Serv. Dan. Ge. I 8. Brev. expos. Ge. II 16. Fusius fabulam schol. Theb. III 106 narrat.

fab. 229 cf. S. Ae. XI 271 p. $512,_{19}$ et VIII 9 p. $204,_{4}$.

B. De fabularum Ovidianarum Narrationibus.

Narrationes quae dicuntur fabularum Ovidianarum [1]) in editione principe Paduae a. 1476 inscriptae 'Donati grammatici peritissimi fabularum breviatio Ovidii Nasonis elegans et succincta' et a nonnullis nomini Lactantii Placidi temere addictae aliquot locis similitudinem eamque satis magnam cum Mythographi fabulis ostendunt, ut his quoque Mythographum fonte usum esse putes. At eum non ad ipsas Narrationes sed ad fontem potius earum redire his argumentis probare posse mihi videor. Primum Mythographus in fabulis suis enarrandis a Narrationum sermone enuntiatorumque compositione ac structura tantopere differt, ut similitudo hic illic prorsus fere evanescat (e. g. fab. $23,_{4-9}$ = N. f. I 9; fab. $81,_{10-16}$ = N. f. III 2; fab. 83 = N. f. III 7). Mythographus si Narrationes ipsas ad

[1]) Auctores Myth. Lat. cur. Aug. v. Staveren, Lugd. Bat. Amst. 1742 p. 787—895.

manus habuisset, haud dubie multo magis cum illis consentiret, quippe qui fontes suos praeter Fulgentium, quem hominem esse inanem, infidum, litterarum scientiam nimis iactantem cognoverat, minime multis verbis commutatis exscribere soleat, quod Servii et Thebaidis commentarii dilucide demonstrant. Quamvis concedendum sit illa Metamorphoseon Argumenta ad codicum fidem nondum satis esse recognita neque genuinam eorum formam nobis notam esse, tamen pauca argumenta ad fulciendam meam sententiam adicere liceat. In fab. 77 nonnullos locos cum Mythographo I quidem accuratissime consentientes, a Narrationibus vero discrepantes videmus, quibus utrumque Mythographum non ad Narrationes sed cum his ad antiquiorem aliquem fontem revocandum esse eluceat; en locos:

Myth. I 149 et II 77		Narr. fab. III 1
II v. 34	rapta	om.
v. 34	Cilicem Cadmum et Phoenicem	om.
v. 35	misit	dimisit
v. 37	regiones	terras
v. 42	ibi urbem statueret	ibi statueret urbem
v. 2	dicta est	est dicta
v. 4	interemit	interfecit
v. 5	sevit	humo sparsit.

Neque vero Mythographum primum secundus expilavit, nam aliquoties Myth. II cum Narrationibus contra Myth. I conspirat:

Myth. II 77 et Narr.		Myth. I 149
II v. 42	parens praecepto	parentis praecepto
v. 1	Boeotia	om.
v. 3	et ipse illuc post eos venisset (Narr.: atque ille illuc venisset)	om.

Myth. II 77 et Narr.	Myth. I 149
v. 3 vidit a dracone ... socios consumptos	invenit eos a dracone consumptos
v. 6 progignitur	gignitur
v. 8 Hyperenor	Hyperbion.

Accedunt nonnulla, quae contra Narr. fab. et Myth. I cum schol. Theb. I 7 congruant:

v. 4 *qui Marti erat consecratus* = schol. Theb. p. 1,22.
v. 5 *terrigenarum* = schol. Theb. p. 1,23.
v. 6 *quae se mutuis vulneribus interemit* = schol. Theb. p. 1,23.

Similia demonstrari possunt ex fab. 101,26—34:

Myth. I 186 et II 101	Narr. fab. V 9
II v. 27 et eam minime invenissent	neque eam ullo modo possent invenire
v. 32 His concessum quoque fuit, ut tamdiu manerent incolumes, quamdiu earum vox audiretur (similiter etiam I v. 3).	Harum ita fuit fatum, quamdiu earum vox audita non esset mortalibus, manerent incolumes.

Nec magis hoc loco Myth. secundus primo sua debet, nam:

Myth. II 101 et Narr.	Myth. I 186
II v. 28 a diis novissime impetrarunt	om.
v. 30 consequi possent	persequi possent.

Quae cum ita sint, in errore versari mihi non videor, cum veri multo similius esse affirmem illas quas dixi Mythographi fabulas non e Narrationibus, quae quidem hodie extent, sed e commentario antiquiore vel ad Ovidii vel ad Vergilii carmina composito esse profecta.

Narrationes ipsas e commentario ad Ovidii carmina conscripto fluxisse R. Foerster (Raub und Rückkehr d. Pers.

p. 290) affirmavit: „Die Quelle jenes Irrtums hinsichtlich der petra Martis ist vermutlich dieselbe wie diejenige, welcher jene Einschaltungen verdankt werden, ein Kommentar zu Ov. met. ähnlich dem zu Vergil, Lucan, Statius, mit argumenta fabularum. Aus diesem Kommentar sind die erhaltenen Narr. ein Rest, ähnlich wie die erhaltenen Scholien zu den genannten Dichtern.“ Foersteri sententiae R. Franz[1]) accedit; contra A. Leuschke: De Metamorphoseon in scholiis Vergilianis fabulis, Diss. Marburg. 1895 luculenter demonstravit Narrationum fontem commentarium aliquem Vergilianum fuisse; cf. p. 10: „Nihilo setius his rebus minutis exceptis fabulae (sc. Narr. fab. et similes, quae a Vergilii commentatoribus narrantur) ita sunt comparatae, ut ad eundem fontem omnes redire verisimile sit. Maximum huius rei firmamentum peti potest ex ea re, quod diversa scholiorum corpora fabulas semper ad eundem Vergilii locum afferunt, etiamsi non intellegatur, quid ad Vergilium interpretandum velit fabula.“ Et p. 11: „Qua quidem re non solum evincitur has fabulas omnes ad unum fontem redire, sed etiam hunc fontem fuisse commentarium ad Vergiliana carmina explicanda confectum. Quae res eo omni dubitatione eximitur, quod compluriens complurium narrationum eiusdem rei, quae olim exstabant, ea est electa, quae cum Vergilio congruat.“

Iam singulas fabulas adscribam:

fab. $17_{,40-5}$ = Narr. fab. VI 4 p. 829. I 8 p. 792.

v. 42 *et cum ex ardore aestivo sitim sedare vellet* V; *et cum ex ardore aestus ac longitudine viae sitim sedare vellet* Narr fab. sec. Staveren; *et cum ex ardore aestivo longitudine viae sitim sedare vellet* Narr. fab. Excerpta Vindob.[2]) cap. 73.

v. 43 Myth. codd. et Exc. Vind. *ab his*; Stav. *ab iis.*

---

[1]) De Callistus fabula, Leipz. Stud. XII (1890) p. 261.

[2]) De his fabulis ex Ov. met. Argum. excerptis supra p. 3 egi.

v. 43 *qui ulvam et iuncum secundum lacum* Narr. fab., *qui iuncum prope litus* V.

fab. 23,4—9 = Narr. fab. I 9 p. 792.

v. 7 Myth. *cupiens illi vim inferre,* Narr. sec. Stav. *vim ut adferret instituit*; Narr. Exc. Vind. cap. 152 *vim inferre instituit.*

v. 8 *Terrae miseratione* cf. S. Ecl. III 63 et Myth. I 116,26.

v. 8—9 cf. schol. Theb. IV 290.

v. 9 *et Apollinis in tutelam* V.

fab. 58,4—5 = Narr. fab. I 6 p. 791.

fab. 71,6—15 = Narr. fab. VI 3 p. 828.

v. 6 *vel Pelopis.* Niobe non filia sed soror Pelopis fuit. Legendum est, ut in sch. Th. IV 576 *Tantali et Penelopes*, quod Vind. lectione *Tantali et Pelopis* sustinetur.

v. 6 *uxor Amphionis* Niobe dicitur in sch. Theb. I 711 et VII 353.

v. 6 Narr. sec. Stav. *ob insolentiam Apollinis*; Narr. Exc. Vind. *ob insolentiam par Apollinis*; recte Myth. *ob insolentiam partus, Apollinis . . .*

v. 8 Myth. et Narr. Exc. Vind. *Nam cum ex Amphione*; Narr. sec. Stav. *Nam ex Amphione . . . dum comitata.*

v. 10 Myth. et codd. Narr. *ut Latonae et filiis eius*; Stav. *ut Latonae et liberis eius.*

v. 11 Myth. et Narr. Exc. Vind. *sacrificiis*; Stav. *sacrificio.*

v. 12 Myth. et Narr. Exc. Vind. *potentiorem*; Stav. *potiorem.*

v. 14 Narr. *tecti nubibus*, *ut praeceperat genitrix.*

v. 15 Extremam fabulam legimus in sch. Theb. VI 117.

fab. 76,22—29 = Narr. fab. II 13 p. 802.

v. 24 R et Stav. *in taurum conversus*; V et Exc. Vind. *in taurum conversus est.*

v. 25 Agenor non est rex Libyae, sed Phoeniciae (Apollod. bibl. II 10), sive Sidonis, ut Hyg. fab. 178 p. 34,13, sive Tyri, ut Maius voluit. De hoc rege cf. Pauly-Wissowa Real-Enc. I 773.

v. 26 R et Stav. *paulatim*, V et Exc. Vind. *ac paulatim*.

v. 27—28 *vitavit* non est in Narr. fab.

v. 28 *tergo sibi insidentem in insulam* Myth., *insidentem sibi tergo in insulam* Exc. Vind. cap. 162, *insidentem suo tergo per mare in insulam* Staveren.

v. 29 *et*—31 *genuit* = S. Ae. VI 566 p. 79,17—18.

v. 31 *tertiamque ab ea orbis partem vocavit*, cf. Isid. Or. XIV 4, 1 et Serv. Dan. Ae. I 385: Europa . . ., a qua pars orbis nominata est.

fab. 77 = Narr. fab. III 1 p. 803.

In brevius contracta eadem fabula in schol. Luc. III 174 et IV 549 legitur.

v. 35 *Cadmum, Phoenicem* sine *et* RV.

v. 37 Narr. et Vind. *petit* pro *petiit*.

v. 37 Myth. et Exc. Vind. *novissime*, Stav. *novissimeque*.

v. 37 Narr. et Vind. *novissime constituit Ciliciam* (*Siciliam* Exc. Vind.) *nec minus Phoenix* (Narr. add. *a suo nomine*) *Phoenicem*.

v. 1 Vind. inepte scripsit *a iove* pro *a bove*.

v. 7 *Idaeus* RV Myth. I 149, *Tydeus* schol. Theb. III 285 (*tibeus* MP), *Udaeus* recte Stav., Hyg. fab. 178. Apollod. bibl. III 24.

v. 8 *Chromius* Myth. II et Narr. Exc. Vind., *Chthonius* recte Myth. I 149. Stav., Hyg. fab. 178. schol. Theb. III 285. Apollod. l. l.

v. 8 *Hypereon* Myth. II et Narr. Exc. Vind., *Hyperion* schol. Theb. III 285, *Hyperbion* Myth. I 149, *Hyperenor* recte Apollod. l. l.

fab. 81,10—16 = Narr. fab. III 2 p. 804.

v. 10—11 cf. schol. Bern. Ge. IV 283. sch. Th. IV 569. Hyg. fab. 14.

v. 13 Narr. et V melius *ex assidua venatione.*

fab. 83 ex eodem fonte fluxit, unde Narr. fab. III 7 p. 808. Similia apud Serv. Dan. Ae. IV 469 et schol. Luc. I 574, qui verbis hic illic cum Myth. conspirat.

fab. 101,26—34 = Narr. fab. V 9 p. 822. **Ad hanc** fabulam R. Foerster l. l. p. 291: „Die Sirenenepisode 101 geht wieder auf dieselbe Quelle wie Narr. fab. V 9 zurück."

v, 31 *ad petram Martis* non recte; ita petra vocata est „infolge einer Gedankenlosigkeit, mit welcher ihre (sc. Narr. fab. V 9. Myth. I et II) Quelle die Sirenen mit den stymphalischen Vögeln in insula Martis (Hyg. fab. 30) verwechselte" (R. Foerster l. l. p. 68).

v. 32 Narr.: Harum ita fuit fatum, quamdiu earum vox audita non esset mortalibus, manerent incolumes. Haec stultissime; Myth. recte, similiter Hyg. fab. 141 p. 22: His responsum erat tamdiu eas victuras, quamdiu cantantes eos audiens nemo esset praetervectus.

fab. 112,33—39 ad verbum fere congruit cum Narr. fab. IV 20 p. 817.

v. 39—7 similes sunt Narr. fab. IV 17 p. 815, sed hae brevius narrant.

fab. 114. Prior pars fabulae (v. 33—36) ad verbum cum Narr. fab. IV 18 p. 816 congruit, nisi quod Atlas in Narr. filius Iapeti et Pleionae est, quae est uxor Atlantis (cf. Ov. fast. V 83. Hyg. Astr. II 12). Altera pars (v. 36—41) simillima est schol. Theb. I 98 p. 12,10—16, quo in scholio Atlas recte Iapeti et Clymenes filius dicitur. Omnes tres auctores ad eiusdem fontis auctoritatem se applicaverunt.

fab. 137 = Narr. fab. VII 2 p. 835. Myth. I 188 et II multo breviores sunt.

fab. 138,26—31 = Narr. fab. VII 3 p. 835. Myth. I 188 magis ad verbum cum Narr. congruit quam Myth. II.

v. 31—36 et Myth. I 25,24—28 ad eundem fontem redeunt. Aliis verbis haec fabula ab Hyg. fab. 25 p. 55 narratur; fluxerunt ex Apoll. bibl. I 145.

fab. 180 = Narr. fab. III 5. 6 p. 806.

v. 18 *Alciope* lapsus calami esse videtur; nam haec est mater Lini (Phot. Lex. s. v. *Λίνον*). A Myth. I 185. Narr. fab. Ov. met. III 342 aliis Narcissi mater Liriope vocatur.

v. 31 Myth. et Narr. Exc. Vind. *exureretur*, Stav. *ureretur*.

v. 34 *alienam putans adamavit* non est in Narr.; cf. sch. Theb. VII 341, ubi eadem fabula in brevius contracta narratur: qui in fontis speculo imaginem suam vidit et amavit, cum putaret alienam.

v. 35 Myth. et Narr. Exc. Vind. *intabuit*, Stav. *extabuit*.

fab. 209 = Narr. fab. XIII 2 p. 872. In Narr. ita fabula incipit: Ulysses postquam Philoctetae sagittas ipso comitante in castra Graecorum pertulit, quibus Ilium captum est, praeda dives Hecuba, Priami coniux, Ulyssi sorte cessit; quae novissime ... Reliqua Myth. et Narr. fab. ad verbum ex fonte exscripserunt praeter extremam fab. inde a v. 35, quae in Narr. uberior est.

C. De Hygino.

Duo libri, qui sub Hygini cuiusdam nomine circumferuntur et ad unum auctorem certe sunt revocandi[1]), ad aetatem nostram manserunt: Poetica quae dicuntur astronomica[2]) et Fabulae[3]). Quem librum mytho-

[1]) Bursianus in Fleckeis. annal. XCIII (1866) p. 762 librum fabularum Hygino abiudicandum censuit.

[2]) Hyg. Astronomica ed. B. Bunte, Lipsiae 1875.

[3]) Hyg. Fabulae ed. M. Schmidt, Ienae 1872.

logicum, ut hodie extat, e tribus conflatum esse partibus facile cognosces; nam fabulis accuratius pertractatis hic illic genealogiae vel stemmata deorum heroumque immixta et in fine indices ab Hygino prorsus alieni adsuti sunt. Genealogias nihil nisi epitomen esse e proprio ac maiore opere tres certe libros complexo C. Robert[1]) luculenter evicit. Postea Dietze[2]) infirmis argumentis nisus duo opera mythologica Hygino adscribere conatus est, quorum alterum cum genealogiis olim in uno corpore comprehensum hodie extet, alterum fortasse numquam absolutum sit. Auctor cum et ex Eratosthenis q. f. Catasterismis hauserit, et genealogiarum libri anno 207 p. Chr. n. in Graecum sermonem translati sint, alteri post Chr. saeculo tribuendus est.

a. De Astronomicis.

Cum plerisque fabulis ab Hygino in Astronomicis enarratis Mythographus re quidem consentit, sermone vero enuntiatorumque structura differt atque nonnumquam plenior est (cf. fab. 161,17 nomina filiarum Atlantis), ut utrumque Mythographum antiquioris fontis auctoritatem quam alterum alterius secutum esse malim censere. Atque ad illum fontem quinam fuerit accuratius cognoscendum illud nos perducit, quod omnes fere fabulas Astronomicis similes ad librum revocare possumus, qui cum scholiis Vergilianis artiore quodam vinculo coniunctus est. Conicere igitur ausim Vergilii commentatores, Hyginum, Mythographum II haud raro eundem librum Mythographum inspexisse. Hic fabulas subnectam:

fab. 16,15—18 = Hyg. Astr. II 13 p. 48; cf. S. Ae. VIII 354 et sch. Luc. VII 149.

v. 15 *nutritus est a nymphis* V.

---

1) Eratosth. Catast. rell. Berol. 1878 p. 235.

2) Die Schriftstellerei des Mythographen Hyginus in Mus. Rhen. XLIX (1894) p. 21.

v. 26—29 = Hyg. Astr. II 25 p. 67,24 et 68,6. Ov. met. I 150. Prob. comm. Ge. I 32. Hyg.: Virgo] . . . quae eodem tempore fuerit cum aurea saecula hominum, et eorum principem fuisse ⟨Aratus⟩ demonstrat. Quam propter diligentiam et aequitatem Iustitiam appellatam . . . itaque iam non potuisse pati amplius et ad sidera evolasse.

fab. 37,8—14 = Hyg. Astr. II 13 p. 47.

v. 8—12 ab Hyg. aliis verbis narrantur, inde uterque iisdem fere verbis utitur. Huius fab. v. 40—7 et 14—16 in Servii commentariis legimus.

fab. 41,6 *lyram* —8 = Hyg, Astr. II 7 p. 43.

v. 3—11 in comm. ad Vergilium fuerunt.

fab. 43,32—40 = Hyg. Astr. II 7 p. 43,19—25.

Similia S. Ae. IV 242 narrat, unde Myth. insequentem fabulae partem derivavit.

fab. 44,5—7 = Hyg. Astr. II 7 p. 44,3—5.

Hyg.: sed ut ad propositum revertamur, Apollo lyra accepta dicitur Orphea docuisse et postquam ipse citharam invenerit, illi lyram concessisse.

fab. 61,34—38 = Hyg. Astr. II 4 p. 34.

E. Maassius (Analecta Eratosth., Phil. Untersuch. VI p. 60 sq.) non recte dicit: „Ceterum Hyginum exscribit Myth. Vat. II 61“, sed rectissime p. 61 adnotat: „Hyg. *Qui cum perambulans . . . defoderunt.* Habet haec quoque Myth. Vat. II l. c. *Rustici . . . interfecerunt* (v. 4—6). *Marathoniam regionem* ex Stat. Theb. XI 644 *Marathonide silva* sumpsit; unde patet totam hanc Mythographi narrationem ad Statii locum explicandum primitus fuisse compositam. *Mons* in Statii scholio reperitur.“

Idem p. 64 adn. 9 „. . . . *morte sua satisfecit.* Cetera ex scholiis Vergilianis . . . expressa videntur *Sed Erigone* e. q. s. (Serv. Ge. II 389).“

v. 37 Cod. Vind. plenior est Vaticano, qui post *decerpsisse* nescio qua de causa haec Hygino simillima omisit:

cod. Vind.	Hyg. p. 35,7—9.
Quo facto Icarus eum interfecit et ex pelle eius utrem faciens vento praeligavit et suos sodales circa eum saltare coegit.	Quo facto Icarum irato animo tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circum eum saltare coegisse.

fab. 62,6—7 = Hyg. Astr. II 38 p. 75,11.

Hyg.: Chiron . . . Aesculapium et Achillem nutrisse existimatur. Similiter Isid. Or. III 70, 36.

v. 7 = Hyg. Astr. II 27 p. 68,26: Sagittarius] Hunc complures Centaurum esse dixerunt. Praeterea schol. Luc. IV 528 et VI 393 Chironem sagittarium appellant.

Priorem partem fabulae ad Servium redire monendum est.

fab. 64,29—42 = Hyg. Astr. II 15 p. 52,10—53,10.

Vind. et Hyg. v. 29 *in sacrorum*, v. 34 *immolat.* Hyginus multo copiosior est Mythographo.

v. 5—9 = Hyg. Astr. II 15 p. 54,20—55,1.

v. 9—10 = Hyg. Astr. II 15 p. 54,1.

Reliqua a Servio petita sunt.

fab. 65,12—20 = Hyg. Astr. II 15 p. 54,1—15.

Haec ab Hygino uberius, sed iisdem fere verbis narrantur. Altera pars fabulae e Servio sumpta est.

fab. 80,35—37 = Hyg. Astr. II 20 p. 61, qui multo copiosior est.

fab. 136,30—36.

Haec fabula de Argo navi constructa e scholio vetere ad Luc. II 717, qui versus laudatur, profecta est. En vestigia

apud schol. Luc.: Argo est spoliata extrema parte sui, cum Iason iret pro aureo vellere. Et ideo spoliata est puppe, quia tellus indignata, quod videbatur dimitti, misit Cyaneas cautes in aequora. Symplegas est proprium nomen illius lapidis, quem terra misit ad destruendam Argo; et sunt de hac re diversae fabulae. Cf. etiam Hyg. Astr. II 37 et fab. 14 p. 49.

fab. 155,12—15 ad verbum fere cum Hyg. Astr. II 14 p. 50 congruit.

v. 12 *Sagarim* R, *Sangarium* Bodius. Flumen Sagaris ab Hyg. Ovid. ex ponto IV 10, 47. Mart. Cap. VI 687 p. 237,20 Eyss. vocatur, Sangarius a Livio XXXVIII 18, 8.

fab. 161,14—19 simillime enarratam apud Hyg. Astr. II 3 p. 33 legimus, nisi quod v. 17 Hesperidum nomina et v. 18 *pervigilem* ab Hyg. absunt. Haec autem in sch. Th. II 280 ad lemma *Hic flebile germen Hesperidum* invenimus: in Aethiopia speciosissimum pomarium Atlantis fuit, in quo nascebantur mala aurea, quae Hesperides custodiebant Aegle, Erethusa, Hesperethusa et draco pervigil.

b. De Fabulis.

Auctorem totum ex Graecis pendere atque omnia fere, quae cum scriptoribus Romanis conspirent, interpolata esse primus M. Schmidt (edit. p. XXX) probavit; secuti sunt eum Robert[1]), Bethe[2]), Wilamowitz[3]), A. Werth[4]). Haud paucas Hygini fabulas in libellum Mythographi II defluxisse M. Schmidt (edit. p. XLVII) nullis tamen argu-

[1]) Erat. Cat. rel. p. 15 et Hermes XVIII p. 436.
[2]) Quaest. Diod. mythogr. p. 98.
[3]) Isyllos v. Epidauros, in Phil. Unt. IX p. 49.
[4]) Animadv. ad Hyg. fab. in Sched. phil. H. Usenero oblat. Bonn 1891 p. 112.

mentis allatis audacissime contendit; factum id esse his fere locis: Myth. II 8. 22. 34. 74. 75. 81. 84. 97. 99. 103. 134,2 + 136,38—41. 141,22. 29. 162. 200. 202. Num sic res se habeat, utriusque Mythographi fabularum et argumenta et verba conferentibus nobis inquirendum est. Quam quaestionem solutu difficiliorem esse neminem fugiet, cum corpus Hygini mythologicum utpote ad discipulorum usum conscriptum sensim variis modis contaminatum contractum amplificatum interpolatum sit, ut quae forma eius fuerit Mythographi Vaticani aetate vix possit enucleari. Tamen quid sentiam dicam:

fab. 8 (de Phoroneo) = Hyg. fab. 143 p. 23.

Hanc fabulam non ex Hygino, qui multo copiosior plane aliis verbis utitur, sed e schol. Theb. I 252 et IV 589 fluxisse cod. Vind. ostendit exorsus aeque ac scholion a verbis *Dicitur autem Phoroneus.*

fab. 22 (de Coronide) = Hyg. fab. 202 p. 128.

Fabula ab Hygino brevissime enarrata e schol. Theb. III 506 et Fulg. I 13 fluxit (supra p. 46 et 75).

fab. 34 (de Myrrha) = Hyg. fab. 58 p. 60.

Totam fabulam Myth. e Fulg. III 8 sumpsit excepto fortasse uno loco v. 32 *quem Venus ad se recepit et amavit* = Hyg. fab. 271 p. 146: Adonis Cinyrae et Smyrnae filius, quem Venus amavit. Sed hanc notam inter indices qui dicuntur in fine libri mythologici ab Hygino alienos invenimus.

fab. 74 (de Lyco et Antiopa) eodem tenore iisdem fere verbis apud Hyg. fab. 7 p. 41 narratur. Sed cum permulta frustula, ut ita dicam, huius fabulae et apud Serv. Ecl. II 24. schol. Ach. 12. 13 et maxime apud scholiastam Theb. I 10. II 455. III 205. IV 570. VII 189. 655. VIII 233. IX 423 legamus hic illic propius ad Mytho-

graphi quam ad Hygini verba accedentia, non ex Hygino sed ex fonte eius Mythographum hausisse equidem credere malim.

v. 37 schol. Theb. *Ixione* M, *etione* cod. Mon., om. LPb. Recte *ex Ione.* E codice ad M proxime accedente Myth. sua derivasse videtur; legit in fonte *Epaphus fuit ixione et iove natus.* Ablativi loco Genitivum posuit *Ixiones et Iovis.* Haec ex fonte librarius Vaticanus ad verbum desumpsit, sed libr. Vind. (vel auctor eius) duplici nomine virili Ixione et Iove offensus, cum ei fabula Ixionis et Iunonis nota esset, *Iunonis* pro *Iovis* ponendo locum se emendasse putavit.

fab. 75 (de Epapho) = Hyg. fab. 149 p. 25.

Hac de fabula e sch. Theb. IV 737 petita supra p. 49 disputavi.

fab. 81 (de Autonoe) apud Hyg. fab. 180 p. 36 multo brevior est.

fab. 84 (de Tiresia). Cum mystica expositio ad Fulg. II 5 redeat atque complura enuntiata cum schol. Theb. et Narr. fab. Ovid. concordent, ad Hyginum ipsum Mythographi fabulam referre non licet.

fabulae 97 et 99 (de Triptolemo et Celeo rege) quin ex eodem Theb. scholio (II 382) derivatae sint, dubitari non potest:

Myth. et sch. Theb.	Hyg. fab. 147
fab. 97 v. 26 Ceres dum alumnum suum vellet	Ceres cum vellet alumnum suum
v. 27 nutriebat	alebat
v. 28 soliti erant	solebant
v. 28 Cum hoc (*autem* add. schol.) pater miraretur, nocturno tempore ob-	Id sic fieri cum mirarentur parentes eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in

Myth. et sch. Theb.	Hyg. fab. 147
servavit et cum Ceres puerum (*igne* add. schol.) obrueret, (*pater* add. schol.) exclamavit.	ignem mittere, pater expavit
v. 32 contulit. Nam fruges ei propagandas et currum . . .	tribuit. Nam fruges propagatum currum . . .
v. 33 Quibus ille vectus	Quibus vehens
fab. 99 v. 6 Cepheus rex eum tamquam aemulus interficere conatus est	Celeus eum pro benefacto interfici iussit
v. 8 regnum tradidit	regnum dedit
v. 10 appellantur	dicuntur.

Similiter **fab. 103** (de Danao et Aegypto) = Hyg. fab. 168 p. 31 e schol. Theb. II 222,

fab. 162 (de Hercule et Deianira) = Hyg. fab. 33 p. 66 e schol. Theb. V 263,

fab. 200 (de Amymone) = Hyg. fab. 169 p. 31 e schol. Theb. II 433 et Serv. Ae. II 81 profectas esse demonstrari potest.

fab. 134,$_{2}$ **et 136,**$_{38-41}$ (de Athamante rege et Phrixo) neque ad Hyg. fab. 3 p. 39 neque ad schol. Theb. V 475 et II 281, sed ad librum mythographum revocandae sunt.

fab. 141 (de Hypsipyle) accuratissime cum schol. Theb. V 29 conspirat. Qua de causa Maur. Schmidt duas notas (sc. v. 22 et 29) Hygino (fab. 15 p. 50) tribuerit, plane non video; eoque magis mirum est, quod his ipsis locis Hyginus a schol. Theb. discrepat; nam cum Myth. v. 21 et schol. Theb. Thoantem a Libero patre in *Chion insulam* perductum esse narrent, Hyginus tempestate in *insulam Tauricam* eum delatum esse refert. Similiter se-

cundum Myth. v. 29 et scholiastam Theb. Hypsipyle a praedonibus capta *Nemeam* deportata est, Hyginus *Thebas* (locus corruptus esse videtur) eam ablatam esse tradidit.

fab. 202 (de Agamemnone et Diana), quae ab interpolatore quodam in Hygini librum fabularum (fab. 261 p. 144) e Serv. Ae. II 116 illata est, hunc certe auctorem sequitur.

Mythographus igitur neque Astronomica neque Fabulas Hygini adiit, cum longe maxima pars fabularum Hygino similium vel ad alios fontes adhuc superstites referri debeat vel e libro vetere mythographo fluxerit.

D. De scholiis Lucanianis.

Lucani quoque scholia[1]) perlustrans nonnulla deprehendi, quibus similitudo quamvis haud insignis cum aliquot Mythographi II fabulis est, id quod ubique supra suo loco adnotavi. Sed haec minima atque exigua vestigia ad Lucani scholia redire nemo erit qui dicat, praesertim cum haec omnia Mythographus in commentariis Vergilianis vel aliis libris mythographis reperire potuerit.

E. De scholiis Iuvenalianis.

Inter unam tantum Mythographi fabulam et scholia ad Iuvenalis satiras confecta[2]) similitudo intercedit; sed Mythographum cum alia addat alia omittat e fonte huius scholii hausisse veri similius est quam e scholio ipso.

---

[1]) Lucani Pharsalia vol. III continens scholiastas, ed. C. F. Weber, Lipsiae 1831.

Lucani commenta Bernensia, ed. H. Usener, Lipsiae 1869.

[2]) Iuvenal. sat. libri V cum scholiis veteribus, ed. Otto Jahn, Berol. 1851.

fab. 139 cf. schol. Iuv. VI 638.

v. 39 Pontiam filios suos vendidisse nusquam alibi traditum est; sine dubio pro *vendidit* legendum est *veneno perdidit*, nam ita scholion: Pontia Publi Petroni filia, quem Nero convictum in crimine coniurationis damnavit, defuncto marito filios suos veneno necasse convicta, cum largis se epulis onerasset et vino venis incisis saltans, quo maxime studio obiectabatur, extincta est.

F. De reliquis fabulis.

Quattuor restant fabulae, quas ad certum fontem revocare mihi non contigit; fortasse e libro aliquo mythographo fluxerunt, quo etiam scholiastae, Fulgentius, Isidorus, Hyginus in fabulis suis enarrandis usi sunt.

fab. 164 (de Antaeo) a veteribus carminibus epicis aliena et a Pind. Isthm. III (IV) 70. Plat. Theaet. 169 B. Apollod. II 115. Diod. IV 17, 4 tradita e libro aliquo mythographo non iam superstite prodiisse videtur, cum vestigia inveniantur apud Hyg. fab. 31. schol. Theb. VI 869. Fulg. II 4, qui mysticam tantum explanationem praebet, maxime in schol. Luc. II 164.

fab. 190 ex eodem fonte unde Myth. I 196 profecta est. Nomina auctorum similia narrantium Ric. Schulz Diss. p. 73 congessit.

fab. 225. Eadem de Apicio narrant Seneca ad Helv. matr. de cons. X 9. Plinius n. h. X 133. Cass. Dio LVII 19, 5. schol. Iuv. IV 23: Apicius auctor praecipiendarum cenarum, qui scripsit de iuscellis. Fuit nam exemplum gulae. Isid. Or. XX 1, 1: Coquinae apparatum Apicius quidam primus composuit, qui in eo absumptis bonis morte voluntaria periit.

fab. 226. Hanc fabulam narrat Hor. sat. II 3, 142 et schol. Pseudacr. ad hunc locum: Opimius quidam ditissimus et avarus, cum lethargico morbo laboraret, a peritissimo medico ita est sanatus: aurum multum posuit in mensa et fecit a multis numerari et dicebat illi: ecce rapiunt multi aurum tuum. Ille audiebat rapi et excitabatur. Hoc modo sanatus est.

Pars altera.

Caput I.

Quae ratio intercedat inter Myth. II et I.

In commentationibus virorum doctorum, qui de hac re iudicium tulerunt, saepissime scriptum legimus artissimo necessitudinis vinculo Mythographum I cum II coniunctum esse hunc in modum, ut Mythographus secundus multas fabulas a primo mutuatus sit. Primus enim iam Maius in praef. p. VII talem inter Mythographos rationem esse significavit: „Priorem hic (sc. Myth. II) sine dubio expilat Mythographum, quandoque etiam ad litteram, in plerisque tamen omnibus ab eodem discrepat.“ Cautius vero Bodius in prooem. p. XVII dicit: „In oculos autem incurrit utrumque Mythographum vel eosdem fontes secutum esse vel sua derivasse alterum ex altero.“ Deinde Zinkius (Der Mytholog Fulgentius p. 13) Mythographum I prioribus temporibus tribuendum esse quam secundum iudicat, quia hic ex illo multa deprompserit. Teuffel-Schwabe (R. L. G. I 5 p. 73): „Der Myth. II entlehnt aus dem ersten vieles wörtlich.“ Denique Ph. Kohlmann[1]): „Zwischen dem Myth. II und dem Texte des Statiusscholiasten ist eine so grosse Ähnlichkeit, dass A. Mai für beide einen und denselben Autor annahm. Bei den von mir mitgeteilten Scholien (sc. cod. Paris. 10317

---

[1]) Neue Scholien zur Theb., Progr. Friedr.-Wilh. Gymn. Posen 1872 p. 2.

saec. X—XI) kommt diese Frage jedoch nicht in Betracht; denn die Uebereinstimmung erklärt sich hier aus der Art und Weise, in welcher Myth. II den Myth. I ausschreibt." Idem p. 4 sq. eas fabulas affert, quas Mythographum II e primo exscripsisse sibi persuasit:

Myth. II 17 (de Apolline et Diana) e Myth. I 37;
Myth. II 22 (de Apollinis corvo) e Myth. I 115;
Myth. II 48 (de Pane et Syringa) e Myth. I 127;
Myth. II 217 (de Tereo Procne Philomela) e Myth. I 4;
Myth. II 129 (de Oenopione et Orione) e Myth. I 32.

Sed omnes has fabulas quas Kohlmannus enumeravit e Servii et scholiastae Thebaidis commentariis profectas esse iam supra evici. Itaque de duabus fabulis accuratius id demonstrasse satis habeo.

S. Ae. III 73 et Myth. II 17	Myth. I 37
II v. 6 Ortygia (*sorore* Serv.) applicante se litoribus suscepta est	v. 16 applicans se litoribus a sorore suscepta est
v. 14 alia est	v. 24 alia fuit
v. 15 quaerentibus erumpere sicut Lucanus credidit (Serv.: sicut Lucanus quaerentem erumpere ventum credidit)	om.
v. 20 diximus	v. 29 dicimus
v. 26 verius est	v. 35 verius fuit
v. 27 dantur oracula	v. 37 responsa dantur.

Etiam fab. 48 non Mythographum I 127, sed Servium fontem sequitur, concinunt enim:

S. Ecl. II 31 et Myth. II 48	Myth. I 127
v. 13 in naturae similitudinem formatus	v. 40 in naturae formatus similitudinem
v. 15 et in cornuum lunae similitudinem	v. 1 et cornuum lunae similia

S. Ecl. II 31 et Myth. II 48	Myth. I 127
v. 17 pars eius inferior	v. 3 inferior eius pars
v. 19 fistulam septem calamorum habet	v. 5 fistulas habet septem calamorum
v. 23 propter annum, qui	v. 8 quia annus
v. 24 cum Amore luctatus	v. 10 cum Amore deo luctatus
v. 25 quia, ut legimus, omnia vincit amor	v. 10 quia amor omnia vincit
v. 28 conversa est	v. 13 versa est
v. 28 ad solatium amoris	v. 13 ad amoris solatium.

Perpauca mea quidem sententia eiusmodi sunt, ut e Myth. I hausta esse conicias. In talium fabularum numero has refero:

fab. 14,31: Clotho colum baiulat, Lachesis trahit Atropos occat = Myth. I 110,25.

fab. 24 additamenta, quae supra p. 75 enumeravi, fortasse ad Myth. I 114 redeunt.

fab. 67 ad verbum fere cum Myth. I 101 et Serv. Dan. Ae. I 505 congruit. Cum Myth. II Servium Dan. in usum non converterit (cf. supra p. 9), aut e primo sua deprompsit aut cum eo unum eundemque fontem adiit.

fab. 138,31—36 = Myth. I 25,24—28.

fab. 147,17—21 = Myth. I 147,15—18.

Sed ne hae quidem fabulae necessario Mythographo I tribuendae sunt, cum tantum absit, ut Myth. II cum I ad verbum consentiat, ut nonnulla additamenta habeat, veluti in fab. 138,35 *suis Iasonisque natis interemtis*. Itaque Mythographum II primo fonte usum esse pro certo affirmare equidem non audeo. At notum fuisse primum secundo et hunc in fabulis suis enarrandis non raro ad illum respexisse ex multis potes cognoscere. Nam primum in

fab. 80,5 (cf. Myth. I 120,13), ubi Fulgentius (II 12 p. 53,17) duas ponit rationes, quare res propria ac singularis deo adscribatur, alteram Myth. I, alteram Myth. II profert. Fulg. II 12: Hic etiam tigribus sedere dicitur, quod omnis vinolentia feritati semper insistat sive etiam quod vino ecferatae mentes mulceantur.

Myth. II 80,5	Myth. I 120,13
Hic tigribus insidere dicitur, quod vino fotae mentes mulceantur.	Hinc Liber pater, seu Dionysus, tigribus sedere dicitur, quod omnis vinolentia feritati semper insistat.

Idem invenies apud Fulg. I 15 p. 25,19: Prima Clio quasi cogitatio prima discendi . . . et quoniam nullus scientiam quaerit nisi in qua famae suae protelet dignitatem, ob hanc rem prima Clio appellata est, id est cogitatio quaerendae scientiae.

Myth. II 24,19	Myth. I 114,32
Prima est Clio quasi cogitatio prima discendi.	Clio id est cognitio quaerendae scientiae.

Conferentibus nobis utriusque Mythographi fabulas secundi consilium ac studium supplendi primum et amplificandi in oculos incurrit. Alias enim nominum enodationes vel etymologias ac primus saepe Myth. II affert, veluti:

Myth. II 10,18	Myth. I 108,13
Hunc et Orcum dicunt quasi iurantem, ne aliquis impunitus abeat.	Hunc alii Orcum vocant quasi receptorem mortuorum, quia tenebris abditum inferis praeesse tradunt.

Idem cadit in fab. 19,10—14, quam conferas cum Myth. I 113,17—20.

Huc id quoque pertinet, quod Myth. II nonnumquam de eadem re vel persona alia ac Myth. I narrat, ut in fab. 55 de Oto et Ephialte, quae ad schol. Theb. X 850 redit, cum

Myth. I 83 ea, quae de Aloidis refert, e Serv. Ae. VI 582 hauserit.

Uberius quoque fusiusque Mythographus II enarrare ac maxime etymologias accuratius pluribusque verbis exsequi solet, cuius rei duo luculenta proferam exempla:

Myth. II 13,6—10	Myth. I 111,30—33
Aello autem quasi *αἴρων ἄλλο* alienum tollens, Ocypete id est citius auferens. Celaeno graece, Latine nigrum dicitur. Nam primum est aliena capere, secundum cupita invadere, tertium celare, quae invaduntur.	Aello cupit, rapit Ocypete, Celaeno recondit. Aello id est alienum tollens, Ocypete id est citius auferens, Celaeno id est nigra.
Myth. II 14,32—36	Myth. I 110,26—28
Prima autem Clotho, id est evocatio, secunda Lachesis id est sors, tertia Atropos id est sine ordine. Prima igitur nativitatis est evocatio, secunda vitae sors, quemadmodum quis vivere possit, tertia mortis conditio, quae sine lege venit.	Clotho Graece, Latine dicitur evocatio, Lachesis sors, Atropos sine ordine.

Etiam hac re Myth. II a I differt, quod multo saepius e compluribus auctoribus modo hinc modo illinc quidquid utile accommodatumque ad opus suum perficiendum sibi visum est, tum integras sententias tum continuam orationem colligens fabulas suas consarcinavit. Unde haud exigua earum pars quasi vestimenti e variis pannis consuti prae se fert speciem eo tamen modo, ut, cum singula satis commode ac docte sint conexa, totum nihil fere habeat offensionis. Ut pauca proferam exempla:

fab. 1 conflata est e S. Ge. I 336. II 406. Ae. III 104. I 133. Fulg. I 2 aliis.
fab. 16 e S. Ae. III 104. 111. Ge. IV 150. schol. Th. IV 784 aliis.
fab. 78 e schol. Theb. II 272. III 274. 290. IV 188. XII 123. Fulg. II 12.
fab. 105 e S. Ae. VI 596. schol. Theb. II 380. Pseudacr. schol. Hor. carm. II 14, 20.

Quamquam satis magna fabularum copia ab utroque Mythographo sive eodem sive simili modo narratur, tamen multae sunt, quas apud alterum solum legimus. Myth. II enim has fabulas a primo iam enarratas omisit:

libri I fab. 30. 40. 54. 56. 74. 79. 80. 86. 87. 89.
libri II fab. 123. 138. 141—143. 145. 152. 155. 164. 168. 170. 177. 181. 191—194. 197. 199. 201. 202. 203.
libri III fabularum nullas nisi has apud Myth. II reperimus: 205. 207—210. 217. 227. 229. 232.

Permultis autem fabulis vel fabularum particulis Myth. II superat primum, quas omnes hoc loco afferre mihi liceat. Ac primum quidem totae fabulae vel ad rem vel ad hominem aliquem pertinentes a Myth. I omnino non tanguntur:

fab. 8 Phoroneus primus templa fecit
18 Triplex Apollinis potestas
26. 27 Diana Dictynna et Carya
41 Quattuor Mercurii
50—52 Nymphae, Astraeus, Aeolus
59 Iuno et Tethys
63 Prometheus ignem furatur
75 Epaphus Memphin condit
81—83 Autonoes Aristaei Agaves fata
86 Mopsus vates
88 Libri Sibyllae
90—94 Isis Osiris, Vannus Liberi patris, Proserpina et Cyane nympha
99 Celeus rex Triptolemo regnum tradit
111 Perseus Acrisium in saxum convertit

fab. 114 Perseus Atlantem in montem mutavit
125,11—16 Aegeus et Theseus filius
139 Pontia meretrix
145 Harpalyce patrem liberat
149,4—13 Hercules inferos adit
155 Hercules angue interfecto Omphalae servit
158—160 Hercules et Megara, Iole, leones
162 Hercules Deianiram uxorem ducit
170 Charybdis voracissima
176. 177 Aesacus, Cyparissus
183 Pilumnus et Pitumnus
185. 188 Telchines, Tenes, Oebalus, Maleus bene meriti
197 Hecuba et Paris filius
203 Iuppiter et Aegina
207 Laocoon a draconibus interemptus
209 Hecuba et Polymestor
220—223 Archilochus et Lycambes, Hipponax et Bupalus, Tyrtaeus, Iarbita et Timagenes
225. 226 Apicius ganeo, Opimius avarus
228 Lacus Lucrinus
230 Oedipodis scelera eiusque filii.

Deinde multa additamenta fabulis a primo quoque narratis adiecta nisi apud Myth. II non legimus:

fab. 1,29—22
2,30—31
5,9—12
13,1—6
16,15—18. 22—29
24 versus mus.
37,42—3. 8—14. 16—18
43,29—40
53,37—7
61,34—4
62,5—8
64,29—42. 5—10

fab. 65,15—20
76,29—32
78,36—39
79,16—29
80,35—37. 8
108,37—40
112,39—14
115,7—14
119,23—27
124,39—9
127,34—35
129,42—44
135,13—18

fab. 141,31—44
153,6—13
166,36—39
169,17—24
181,2—3
193,16—19. 23—30
196,13—15
199,11—21. 27—38
204,34—38
205,12—16. 31—36
219,10—13. 31—36.

Tum mysticas explanationes, quas Myth. II fabulis suis adiungere amat, Myth. I omisit:

fab. 3 de Iovis aquila
4 de Iunonis nomine
6 de Iunonis Iride
7 de Iunone et sorore et coniuge Iovis
9,8—10 de Neptuno maris deo
10 de Plutonis nomine
11,23—26 de Tricerbero Plutonis
12,30—32. 35—37 de Furiis Plutonis
13,8—22 de Iovis Harpyiis
14,28—31. 34—36 de Parcis Plutonis
15 de Proserpina, Hecate, Cerere
19,37—5. 12—14 de Apollinis nominibus
20 de Apollinis tripode, arcu, tela
25,27—35 de Diana sive Luna
29 de Marte
30,28—30. 23—4 de Venere et Vulcano
31. 32. 33,13—15 de Veneris rosis, concha, columbis
35. 36 de Veneris Cupidine et Gratiis
38,26—30 de Priapo, libidinis deo.
39,35—5 de Minerva sive Ἀθηνᾶ eiusque noctua
40 de Vulcano et Erichthonio
49,31—32. 36—38 de Fauno et incubis
61,30—42 de oscillis ad Icarum Erigonamque inveniendos adhibitis
84,13—30 de Tiresia
87,25—29 de Sibylla
89,10—13 de Isidis navigio
101, 6—13 de Ulixe et Sirenibus
105,22—35 de Tityo
107, 6—20. 28—30 de Ixione
118 de Mida rege
128,22—29 de Virbio et Hippolyto
130,13—17 de Perdicca et Polycaste
142,15—21 de Phineo, Zete, Calaide

fab. 149,36—2 de Hercule et Cerbero
154, 3—10 de Hercule et Admeto
174,19—24 de Polyphemo
198,34—3 de Ganymede
206 de Peleo et Thetide
212 de Circe.

Reliquas vero fabulas cum Mythographi I fabulis sive verbis sive argumento consentientes Myth. II partim ex eodem fonte ac primus partim ex alio desumpsit. Hae ad eundem fontem redeunt (ad singulas fabulas adscribam, quomodo uterque Myth. fonte communi usus sit; brevitatis causa his signis utar:

I acc. = Myth. I accuratius fontem exscripsit quam Myth. II;
II acc. = Myth. II accuratius fontem exscripsit quam Myth. I;
u. a. v. = uterque Myth. ad verbum fere fontem exscripsit).

fab. 1,22—27 = I 102,1—3 e S. Ae. I 133 (II acc.).
11,26—28 = I 57,13—15 e S. Ae. VI 395 (u. a. v.).
13,13. 16. 22—25 = I 27,8—12 e S. Ae. III 209.
16,7—15. 18—22 = I 104 e S. Ae. III 104 (I acc.).
17 = I 37 et 187 e S. Ae. III 73 et Narr. fab. VI 4 (u. a. v.).
19,5—11 = I 113,14—20 e comment. aliquo ad Verg.
28 = I 229 e S. Ge. III 391 et Fulg. II 16.
33,15—25 = I 175 e schol. Theb. IV 226 (II acc.).
37,32—40 = I 176,18—20 e comm. ad Verg.
37,40—42 = I 128,16—18 e S. Ecl. IV 62 (II acc.).
37, 3—7. 14—16 = I 128,19—27 e S. Ge. III 113 (u. a. v.).
38,21—26 = I 126,24—38 e S. Ge. IV 111 (II acc.).
42,13—18 = I 119,15—21 e Fulg. I 18.
43,40—3 = I 119,21—26 e S. Ae. IV 242 (u. a. v.).
46,37—4 = I 39,18—26 e S. Ae. III 113 (I acc.).
47 = I 39,7—18 e S. Ae. III 113 (I acc.).
48 = I 127 e S. Ecl. II 31 (u. a. v.).

fab. 49,32—36 = I 227 e S. Ae. VII 47 (u. a. v.).
53,27—37 = I 11 e comm. ad Verg.
61,15—27 = I 19,22—34 e S. Ge. II 389 (u. a. v.).
62, 2—5 = I 103,5—8 e S. Ge. III 93 (I acc.).
64,42—5 = I 1,4—10 e S. Ecl. VI 42 (I acc.).
65,20—40 = I 1,10—25 e S. Ecl. VI 42 (u. a. v.).
66 = I 29 e S. Ge. III 532 (I acc.).
72 = I 100 e S. Ge. III 268.
73 = I 189,37—7 e comm. ad Verg.
74 = I 97 e comm. ad Verg.
76,22—29 = I 148,30—37 e fonte Narr. fab. II 13.
77 = I 149 e fonte Narr. fab. III 1.
78,39—43 = I 120,36—40 e Fulg. II 12.
80, 2—8 = I 120,13—17 e Fulg. II 12.
84, 2—13 = I 16 e Fulg. II 5.
85 = I 81 e schol. Theb. VIII 198.
87,14—25 = I 153 e S. Ae. VI 321.
95 = I 10 e S. Ge. I 378.
100 = I 7 e S. Ge. I 39 (u. a. v.).
101,26—34 = I 186 e fonte Narr. fab. V 9.
103 = I 134 e schol. Theb. II 222 (I acc.).
107,20—28 = I 163 e S. Ge. III 115 (I acc.).
108,32—37 = I 162,30—33 e S. Ae. VII 304 (I acc.).
108,41—2 = I 154,30—34 e S. Ae. VI 448.
109 = I 205,8—11 e S. Ae. VI 618 (I acc.).
110 = I 157,22—38 e comm. ad Verg.
112,25—33 = I 130,35—5 e comm. ad Verg.
112,33—39 = I 131 e fonte Narr. fab. IV 20.
113 = I 130,6—15 e Fulg. I 21.
115,2—7 = I 125,9—15 e Fulg. III 9.
116 = I 90,30—38 e Fulg. III 9.
119,7—13 = I 2 e S. Ge. I 12 (I acc.).
120,29—42 = I 47 e schol. Theb. V 431 (u. a. v.).
121 = I 43,37—10 e S. Ae. VI 14 (u. a. v.).
122 = I 43,10—16 e S. Ae. VI 14 (u. a. v.).
123 = I 3,7—17 e S. Ecl. VI 74 (u. a. v.).

fab. 124,37—39 = I 43,16—18 e S. Ae. VI 14 (u. a. v.).
125,16—24 = I 43,20—28 e S. Ae. VI 14 (u. a. v.).
126 = I 43,28—34 e S. Ae. VI 14 (u. a. v.).
127,33—34 = I 167 e schol. Theb. I 333.
128,37—13. 15—22 = I 46 e S. Ae. VII 761.
128,13—15 = I 205,13—15 e S. Ae. VI 618.
129,31—41 = I 32 e S. Ae. I 535 (I acc.).
130, 2—13 = I 232 e Fulg. III 2.
131,19—32. 37—41 = I 71 e schol. Theb. IV 589 (I acc.).
131,32—37 = I 72 e S. Ae. VI 288 (II acc.).
134,33—1 = I 23,13—22 cf. schol. Ach. 65 (u. a. v.).
137 = I 188,18—25 e fonte Narr. fab. VII 2.
138,26—31 = I 188,25—30 e fonte Narr. fab. VII 3.
138,31—36 = I 25,24—28 fortasse e comm. ad Verg.
141,11—31 = I 133,31—7 e schol. Theb. V 29 (u. a. v.).
142,2—15 = I 27,36—8 e S. Ae. III 269 (u. a. v.).
144,31—4. 7—16 = I 146 e schol. Theb. II 481 (I acc.).
144,4—6 = I 174 e schol. Theb. IV 309 (I acc.).
144,17—19 = I 198 e schol. Theb. IV 103 (II acc.).
146 = I 21 e S. Ge. III 7 (u. a. v.).
147,37—17. 20—21 = I 22 e schol. Theb. IV 306 (u. a. v.).
147,17—20 = I 147,15—18 e comm. ad Verg.
148,28—34 = I 50,5—11 e S. Ae. VIII 288 (II acc).
149. 150,2—4 = I 57,13—15 e S. Ae. VI 395.
153,39—6 = I 70 e S. Ae. VIII 51 (II acc.).
153,13—18 = I 66 e S. Ae. VIII 190 (II acc.).
153,21—32 = I 69 e S. Ae. VIII 269 (II acc.).
154,34—3 = I 92 e Fulg. I 22 (u. a. v.).
156 = I 53. 94 e comm. ad Verg.
157 = I 65 e S. Ge. III 5 (u. a. v.).
161,14—19 = I 106 = Hyg. Astr. II 3 (I acc.).
161,19—24 = I 38 e S. Ae. IV 484 (u. a. v.).
164 = I 55 ex enchiridio mythologico.
165,16—11 = I 58 fortasse e comm. ad Verg.
165,11—28 = I 59 e S. Ae. III 402 (u. a. v.).
166,31—36 = I 60 e S. Ae. VIII 342 (I acc.).

fab. 167 = I 129 e S. Ae. V 824 (u. a. v.).
171 = I 122 e S. Ae. I 67 (I acc.).
172 = I 95 e comm. ad Verg.
173 = I 166 e comm. ad Verg.
174,15—19 = I 5 e S. Ecl. IX 39 (u. a. v.).
175 = I 9,24—29 e S. Ge. I 399 (u. a. v.).
178 = I 6 e S. Ge. I 20 (u. a. v.).
179 = I 126,27—29 e S. Ge. II 84 (u. a. v.).
180 = I 185 e fonte Narr. fab. III 5 (I acc.).
181,39—2 = I 117 e S. Ecl. III 63 (u. a. v.).
182 = I 34,14—16 e S. Ae. I 693 (u. a. v.).
189 = I 161 e S. Ecl. V 11 (II acc.).
190 = I 196 ex enchir. mythol.
191 = I 160 e S. Ecl. V 11 (u. a. v.).
192 = I 135 e comm. ad Verg.
193,20—23. 30—36 = I 137 e S. Ae. I 550.
194 = I 139,42—3 e comm. ad Verg.
195,2—5 = I 217,9—12 e S. Ae. I 617 (I acc.).
196,12—14 = I 180 e comm. ad Verg.
198,30—34 = I 184 e comm. ad Verg.
199,5—12 = I 49 e schol. Theb. V 443 (I acc.).
199,21—27 = I 136,9—13 e S. Ae. I 619 (II acc.).
200,40—1 = I 45,12—16 e schol. Theb. II 433 (u. a. v.).
200,2—25 = I 35 e S. Ae. II 81,21—82,16 (u. a. v.).
201 = I 144,9—13 e S. Ae. XI 260 (I acc.).
202,42—7 = I 147 e comm. ad Verg.
202,7—15 = I 20,6—12 e S. Ae. II 116 (I acc.).
204,34—38 = I 67 e S. Ae. II 7 (u. a. v.).
205,40—1 = I 207,26—29 cf. schol. Ach. 91 (u. a. v.).
205,2—12 = I 208 e comm. ad Verg.
205,16—18 = I 36,2—3 cf. schol. Ach. 134.
205,19—31 = I 209,18—30 e comm. ad Verg.
205,36—41 = I 140,8—11 e S. Ae. III 321.
208 = I 41 e S. Ae. III 297 (I acc.).
210 = I 195,30—35 e S. Ae. III 121 (I acc.).
211 = I 15,2—13 e schol. Theb. IV 550 (I acc.).

fab. 213 = I 182,29—33 e S. Ae. VII 190 (I acc.).
214 = I 159,7—16 e S. Ecl. V 10 (u. a. v.).
215 = I 158 e S. Ae. VI 447 (u. a. v.).
216 = I 44 e S. Ae. VI 445 (u. a. v.).
217 = I 4 e S. Ecl. VI 78 (u. a. v.).
219,13—31 = I 75 e schol. Theb. III 283 (u. a. v.).
224 = I 194,20—24 e S. Ecl. VI 72 (u. a. v.).

Haec autem fabularum paria, quibus Mythographi eadem vel similia narrant, ad eundem fontem revocari nequeunt, sed altera ex altero libro mythographo profecta est:

II 5,13—16 = I 18,5—10. II e S. Ae. VII 790,
I e Narr. fab. I 10. 13.
II 22,31—39 = I 115,7—22. II e schol. Theb. III 506,
I ex Hyg. Astr. II 40.
II 23,4—9 = I 116,24—26. II e fonte Narr. fab. I 9,
I e S. Ecl. III 63.
II 25,15—26 = I 112,1—9. II ex Isid. Or. VIII 11, 56—58,
I e fonte Isidori.
II 39,32—35 = I 124,40—3. II e Fulg. II 1,
I ex Isid. Or. VIII 11, 71. 72.
II 39,5—17 = I 98. II 2 schol. Theb. III 507,
I e S. Ge. I 403.
II 45 = I 190. II e schol. Theb. XII 156,
I e S. Ae. IX 581.
II 54 = I 178. II e S. Ae. VI 134,
I e schol. Ach. 480.
II 55 = I 83. II e schol. Theb. X 850,
I e S. Ae. VI 582.
II 56 = I 82. II e S. Ae. VI 585,
I e comm. ad Verg.
II 57 = I 118,36—4. II e S. Ae. X 189,
I e S. Ae. VI 659.
II 58 = I 17,33—36. II e schol. Theb. III 685,
I e S. Ge. I 138.

II 60 = I 17,27—33. II e comm. ad Verg.,
I e Narr. fab. I 6.

II 65,12—15 = I 207,26—28. II cf. Hyg. Astr. II 15,
I cf. schol. Ach. 91.

II 68 = I 85. II e schol. Theb. III 453,
I e comm. ad Verg.

II 69 = I 179. II e S. Ae. I 27,
I e comm. ad Verg.

II 70 = I 91. II e comm. ad Verg.,
I e Narr. fab. VI 1. 2.

II 79,2—14 = I 120,32—35. 40—6. II e schol. Theb. I 12,
I e Narr. fab. III 3.

II 80,32—35. 38—42 = I 121,19—23. II e schol. Theb. III 476,
I e S. Ae. IV 196.

II 89 = I 18. II e S. Ae. VII 790,
I e Narr. fab. I 10. 13.

II 96. 97 = I 8. II e schol. Theb. II 382. VII 411,
I e S. Ge. I 163.

II 98 = I 31. II e schol. Theb. IV 658,
I e S. Ae. I 323.

II 101,34—6 = I 42. II e Servii et Fulg. fonte,
I e S. Ae. V 864.

II 102 = I 12. II e S. Ae. VI 603,
I e comm. ad Verg.

II 104 = I 13. II e S. Ae. VI 595. 596,
I e comm. ad Verg.

II 105,13—22 = I 165. II e schol. Theb. II 380 et aliis,
I e comm. ad Verg.

II 106 = I 14. II e schol. Theb. IV 539,
I e comm. ad Verg.

II 117 = I 88,15—21. II e Fulg. II 10,
I e fonte Narr. fab. XI 3 et
Fulg. II 10.

II 134,1—11 = I 23,23—30. II e schol. Theb. V 475. II 281,
I cf. schol. Ach. 65.

II 135,10—28 = I 24,41—6. II e schol. Theb. III 516. V 336. 475,
I e comm. ad Verg.
II 140 = I 93. II e schol. Theb. III 353,
I e comm. ad Verg.
II 148,23—28 = I 50,2—5. II e schol. Theb. XII 301,
I e comm. ad Verg.
II 151 = I 61. II e comm. ad Verg.,
I cf. schol. Ach. 238.
II 152 = I 68. II e S. Ae. VI 662,
I e comm. ad Verg.
II 160,8—10 = I 52. II e schol. Theb. IV 160,
I e S. Ge. III 19.
II 168 = I 99. II e schol. Theb. VII 335,
I e S. Ge. I 437.
II 169,12—17 = I 3,2—7. II e S. Ae. III 420,
I e S. Ecl. VI 74.
II 184 = I 84. II e S. Ae. VII 678,
I e comm. ad Verg.
II 195,5—10 = I 217,12—13. II e comm. ad Verg.,
I e S. Ae. I 617.
II 202,33—42 = I 20,36—6. II e S. Ae. II 116,
I e comm. ad Verg.
II 202,15—22 = I 173. II e S. Ae. II 116,
I e schol. Theb. VIII 437.
II 218 = I 28. II e S. Ge. III 258,
I e comm. ad Verg.
II 227 = I 96. II e S. Ge. I 149,
I e S. Ecl. IX 13.

Ex his omnibus, quae de ratione inter Mythographos intercedente protuli, concludendum nobis est alterum alteri haud ignotum fuisse ad eumque, etsi non usus sit fonte, in eligendis et conficiendis fabulis saepissime habuisse respectum.

Caput II.

Quae ratio intercedat inter Myth. II et fontes eius.

Quoniam quae sit ratio inter utrumque Mythographum explicavimus, deinceps quomodo Myth. II fontibus suis usus sit dicamus. Ac primum quidem Mythographum in fontibus exscribendis nullum fere iudicium adhibuisse monendum est, cum bona fide non solum miras ac portentosas fabulas sed etiam stultissimas nominum etymologias et insolentes explanationes mysticas ex auctoribus transscripserit. Cum re etiam verba plerumque transtulit, quo factum est, ut non raro inconstantiam et discrepantias apud Myth. deprehendamus; conferas quaeso fab. 64,3, ubi legimus *in monte Scythiae Caucaso* cum fab. 65,25 *Hic mons* (sc. *Caucasus*) *positus est circa Assyrios.* Priore loco Myth. *Scythiae* ex alio Servii scholio (cf. supra p. 21) inseruit. Vide etiam, quae ad fab. 97 et 98 supra p. 53 annotavi. Neque vero usquequaque fontium verba integra conservata apud Mythographum videmus, sed hic illic sive ad libidinem sive emendationis vel concinnitatis respectu sive brevitatis ac perspicuitatis causa ea vel structuram compositionemque eorum commutat. Quorum ex infinita exemplorum copia pauca decerpam.

Emendandi causa Mythographus saepe appellationes et verba aliis supplevisse vel casum mutasse videtur, e. g.:

fab. 5,9 *in tutela ponunt*; Fulg. p. 38,22 *in tutelam ponunt.*
7,38 *aer, igni caelesti coniunctus*; Fulg. p. 19,4 *aer igni caelesti coniunctior.*
11,25 *propter comestionem*; Fulg. p. 20,15 *comestionis propter.*
13,8 *Aello* = αἴρων ἄλλο *nam primum est aliena capere*; Fulg. p. 22,6 *alienum concupisci.*
20,18 *ascribunt*; Fulg. p. 28,11 *conscribunt.*
21,23 *nomina imposuerunt*; Fulg. p. 21,23 *nomina posuerunt.*
21,28 *terrae amans*; Fulg. p. 23,22 *terram amans.*
29,22 *a morte Mars*; Isid. Or. VIII 11,50 *a Marte mors.*

fab. 33,19 *vicit numero*; schol. Theb. p. 207,8 *victus est numero* (necessaria correctio).

34,31 *patre gladio percutiente*; Fulg. p 72,15 *pater gladio percutiens* (necess. corr.).

37,1 *per coniugium*; S. Ecl. IV 62 *per coniunctionem.*

58,15 *matricidium*; schol. Theb. p. 185,14 *parricidium.*

63,16 *spopondit*; Fulg. p. 45,11 *spondit.*

80,38 *petiit a Iove*; schol. Theb. p. 168,2 *petit Iovem.*

Sed longum est omnia verba emendata enumerare; id unum addo Mythographum ut concinnitatem et aequabilitatem quandam efficeret, complura immutasse, e. g.:

fab. 7,36 *Et quia Iuno, id est aer, subiectus est Iovi, id est igni*; S. Ae. I 47 *sed quoniam Iuno, hoc est aer, subiectus est igni, id est Iovi.*

17,22 *id est Apollo* concinit cum v. 21 *id est Diana*; S. Ae. III 73 *qui est Apollo.*

19,4 *in ortu suo et occasu*; Fulg. p. 23,8 *in suo processu et occasu.*

Brevitati dicendi Mythographum studere, ut sermonis perspicuitatem consequatur, iam supra monui. Eidem rei inservit, quod plurimis locis sive verba auctorum in fontibus allata sive vetustiorum scriptorum nomina omittit, raro servat, qua erat imperitia, talia docta testimonia nullius ponderis atque inania ratus. Loci vel scriptores a Servio allati et a Myth. omissi hi sunt:

fab. 11,28 e S. Ae. VI 395: locus Vergilianus
18,29 e S. Ecl. V 66: nomen Porphyrii
18,35 e S. Ecl. V 66: loc. Hom. Hor. Verg.
36,28. 30 e S. Ae. I 720: loc. Hor. Verg.
38,23 e S. Ge. IV 111: loc. Hor.
40,24 e S. Ae. VIII 454: loc. Lucan.
43,43 e S. Ae. IV 242: nom. Livii
50,6 e S. Ecl. VII 21: loc. Verg.
52,21 e S. Ae. I 52: loc. Verg.
64,2 e S. Ecl. VI 42: loc. Hor.

fab. 66,$_{7}$ e S. Ge. III 532: nom. Herod.
82,$_{24}$ e S. Ge. I 14: nom. Sallust.
87,$_{25.\ 29}$ e S. Ae. III 445: nom. Varron. et loc. Verg.
100,$_{18}$ e S. Ge. I 39: loc. Lucan.
102,$_{20}$ e S. Ae. VI 603: loc. Verg.
105,$_{28}$ e S. Ae. VI 596: loc. Hor.
109,$_{4}$ e S. Ae. VI 618: nom. Euphorion.
119,$_{17}$ e S. Ae. VIII 128: nom. Varron.
123,$_{33}$ e S. Ecl. VI 74: nom. Verg.
125,$_{23}$ e S. Ae. VI 14: nom. Sallust.
126,$_{29.\ 31}$ e S. Ae. VI 14: loc. Verg.
142,$_{15}$ e S. Ae. III 209: nom. Apollon.
153,$_{4}$ e S. Ae. VIII 51: nom. Verg. et Varron.
167,$_{41}$ e S. Ae. V 824: nom. Varron.
170,$_{30}$ e S. Ae. III 420: nom. Sallust.
193,$_{33}$ e S. Ae. I 550: nom. Verg.
200,$_{1}$ e S. Ae. II 81: nom. Apoll.
204,$_{38}$ e S. Ae. II 7: nom. Eratosthen.
207,$_{43}$ e S. Ae. II 101: nom. Euphorion.
210,$_{5}$ e S. Ae. III 121: loc. Verg.

Nonnullis locis Mythographus testimonia a Servio allata servavit, veluti:

fab. 3,$_{36}$ e S. Ae. I 394: loc. Lucan.
6,$_{27}$ e S. Ae. V 606: loc. Verg.
13 omnes locos transscripsit.
40,$_{24}$ e S. Ae. VIII 414: nom. Hom.
48,$_{21.\ 25}$ e S. Ecl. II 31: loc. Verg.
61,$_{38}$ e S. Ge. II 389: loc. Verg.
65,$_{36}$ e S. Ecl. VI 42: nom. Livii

complura alia, quae omnia proferre longum est. Ut paucis dicam: Mythographus decem locis verba auctorum a schol. Theb. allata et viginti sex locis verba vel nomina scriptorum vetustiorum, quae apud Fulgentium legimus, omisit; perpauca (fab. 30,$_{37}$ = Fulg. p. 40,$_{20}$ et fab. 118,$_{39}$ = Fulg. p. 50,$_{18}$ notavi) e Fulgentio transtulit.

Vocum, quas in fontibus invenit, Graecarum Myth. alias servavit alias omisit, sive nonnumquam supervacaneas eas esse putavit sive propter depravationem sententiam earum non intellexit. Omisit autem verba Graeca in his fere fabulis:

fab. 18,35 e S. Ecl. V 66: unde etiam Apollo dictus est *ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν.*

fab. 24,31 e Fulg. I 15: sexta Erato id est eurunchomoeon, quod nos Latine inveniens simile dicimus.

fab. 43,2 e S. Ae. IV 242: *Ἑρμῆς* autem Graece dicitur *ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας*, Latine interpres.

fab. 54,14 e S. Ae. VI 134: Styx maerorem significat, unde *ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ* id est a tristitia Styx dicta est.

fab. 54,16 e S. Ae. VI 134: unde etiam immortales, quia *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι.*

fab. 65,22 e S. Ecl. VI 42: unde etiam Prometheus dictus est *ἀπὸ τῆς προμηθείας* id est a providentia.

fab. 102,24 e S. Ae. VI 603: quod ipse est deus prudentiae, per quam philosophi deprehenderunt *παλιγγενεσίαν* vel *μετεμψύχωσιν.*

fab. 107,28 e S. Ge. III 115: ut Centauri esse crederentur, qui dicti sunt Centauri *ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους.*

Mythographum linguae Graecae satis gnarum fuisse, ut non solum legere sed etiam intellegere posset, haec sunt documenta:

S. Ae. IX 2 *Iris quasi ἔρις dicta est.* Ad quae verba Myth. fab. 6,24 addit *id est lis.*

Fulg. I 7 *Megaera autem quasi μεγάλη ἔρις, id est magna contentio*; Myth. II 12,34 *tertia Megaera quasi μεγάλη ἔρις id est magna lis.*

Fulg. I 15 *Quinta Polymnia quasi polymnemen id est multam memoriam faciens dicimus*; Myth. II 24,28 *Quinta Polymnia id est plura recordans vel multae memoriae.*

Mythographus ut qua de re acturus sit lectorem edoceat, nonnumquam verba ac notiones insequenti fabulae

parte explicatas excerpens et componens descriptionem quandam vel comprehensionem fabulis praemittit. Id enim Mythographum egisse arbitror, ut commodum subsidium magistro esset discipulis instruendis, qui e. g. ita interrogaret: Recita, quare Cupido pharetratus, nudus, cum face, pennatus, puer depingatur (fab. 35, 6). Facilius tales notas Mythographus complecti potuit, si, quod valde mihi probabile est, imagines deorum ante oculos habuit. Medio aevo docendi causa saepe tales libros deorum dearum heroum imaginibus ornatos insignibus ac fabulis adiectis a magistris compositos esse Maass, Tagesgötter p. 259 docet. Alii loci sunt hi:

fab. 36,17: Quae (sc. Gratiae) nudae conexaeque et una aversa, duae autem nos respicientes pinguntur.

fab. 39,33: Quae (sc. Minerva) pingitur armata, triplici veste induta, caput Gorgonae gestans pectore.

fab. 41,9: Virgam ferens, pennatis talaribus calceatus, canino capite, flavus et perustus pingitur.

fab. 46,35: Cybele mater deorum dicitur, quae currui subiunctis leonibus vehitur. Corybantes strictis gladiis munitos ministros habere et turritam gestare coronam fingitur.

fab. 80,2: Liber autem inter deos receptus, iuvenis, nudus, pingitur.

fab. 152,23: Geryon rex fuit Hispaniae, trimembris, canem habens bicipitem, quem Hercules, ad eum olla aerea vectus, occidit.

Quo facilius fabula subsequens intellegatur, Mythographus superiore iam loco enarrata uno enuntiato complectens fabulae praemittit; cf. fab. 141, ubi de Lemniadibus et maxime de Hypsipyle agitur, v. 9—11: Veneris et Martis adulterio a Sole detecto postquam Vulcanus ambos in lecto catenis minutissimis in Lemno insula, ubi ipse colitur, cinxit... Uberius haec Mythographus in fab. 121 narravit.

Praeter illa additamenta Mythographus talia quoque inserere solet, quibus fabulae artiore quodam vinculo inter se coniungantur:

fab. 23,4: De lauro autem ipsi consecrata haec est fabula.
fab. 26,37: Cur autem vocetur Dictynna, huiusmodi constat sententia.
fab. 33,14: Cur autem in tutela Veneris sint, haec est fabula.
fab. 34,27: Adonis, Veneri subiecti, haec est fabula.
fab. 39,4: Quomodo autem eam in suam tutelam receperit, haec est fabula.
fab. 42,26: Lyrae autem ab eo inventae et per eam ab Apolline virgae dono acceptae haec est fabula.
fab. 46,4: Unde autem leones eius currui subiungerentur. hac fabula demonstratur.
fab. 50,6: Quod autem poetae invocant musas, haec est ratio.
fab. 58,19: Hac quam dicturus sum causa.
fab. 80,31: Liber, adultae factus aetatis, Indiam sibi subiugavit.
fab. 84,13: quem diximus.
fab. 85,32: Cuius talis est fabula.
fab. 107: Quod autem Centauri ficti sunt, etiam hic datus est locus fabulae.
fab. 108,40: Eidem pugnae Caenis interfuit.
fab. 113,16: Veritas autem ex integro sic se habet.
fab. 120,43: Sed de Pasiphae et eodem tauro plenius dicatur.
fab. 124,36: Sed Athenienses dum singulis annis filios Minotauro mitterent.

Caput III.

Quo ordine fabulae dispositae sint.

Mythographus II cum, id quod haud dubium est, libellum suum pueris instituendis conscripserit, facere non

potuit, quin in fabulis digerendis ordinem quendam adhiberet hunc in modum, ut et ea quae ad eandem personam spectarent, non dirimeret, et fabulas materiam vicinam tractantes vel eodem pertinentes continuas sedes tenere iuberet. Circumspicienti autem illi inter auctores complures praesto erant, quorum ordinem sequi potuit. Ac primum quidem Mythographum hic illic eundem aut certe similem ordinem, quem apud Servium invenit per modicum saltem spatium servasse monendum est:

fab. 35 (de Veneris Cupidine) e S. Ae. I 664
     36 (de Tribus Gratiis) e S. Ae. I 720
     fab. 102 (de Tantalo) e S. Ae. VI 603
          104 (de Tityo) e S. Ae. VI 595
          105 (de Sisypho) e S. Ae. VI 596
          109 (de Phlegyis) e S. Ae. VI 618
fab. 121 (de Pasiphae) e S. Ae. VI 14 p. 5,24—6,9
     122 (de Androgeo) e S. Ae. VI 14 p. 6,9—14
     124 (de Theseo) e S. Ae. VI 14 p. 6,17—19
     125 (de Aegeo) e S. Ae. VI 14 p. 6,21—7,5
     126 (de Tauro) e S. Ae. VI 14 p. 7,6—11.

Fabularum, quae e scholiis ad Statium conscriptis profluxerunt, nullae ordinem a scholiastis adhibitum tenuerunt. Duas fabulas et apud Mythographum et apud scholiastam Horatii eodem ordine collocatas esse iam supra p. 63 dixi:

fab. 220 (de Lycambe) e schol. Hor. epod. VI 13
     221 (de Bupalo) e schol. Hor. epod. VI 14.

Idem est ordo etiam inter nonnullas Mythographi et Narrationum Ovidianarum quae dicuntur fabulas:

fab. 76 (de Iove et Europa) = Narr. fab. II 13
     77 (de Agenore et filiis) = Narr. fab. III 1
     81 (de Autonoe) = Narr. fab. III 2
     fab. 137 (de Medea) = Narr. fab. VII 2
          138 (de Libero) = Narr. fab. VII 3.

Ceterum fabularum series in Narrationibus ut accurate eadem est atque apud Ovidium, ita a Mythographo plane differt. Sed quid de Fulgentio, cuius librum mythologicum

ante oculos Mythographi fuisse maxime mihi probabile est? Haec sunt Mythologiarum Fulgentii et libri fabularii nostri capita:

Fulg. I	2	Saturnus eiusque filii	=	Myth. II	1
	3	Iuppiter et Iuno	=		2. 4. 7
	4	Neptunus	=		9
	5	Pluto	=		10
	6	Tricerberus	=		11
	7	Furiae	=		12
	8	Fata	=		14
	9	Harpyiae	=		13
	10	Proserpina	=		15
	11	Ceres	=		95
	12	Apollo	=		19—21
	13	Apollinis corvus	=		22
	14	Apollinis laurus	=		23
	15	Novem Musae	=		24
	16	Phaethon	=		57
	17	Tripus, sagittae, Pytho	=		20. 19
	18	Mercurius	=		41. 42
	19	Danae	=		110
	20	Ganymedes	=		198. 89
	21	Perseus et Gorgonae	=		112
	22	Admetus et Alcesta	=		154
Fulg. II	1	Iudicium Paridis	=		4—6. 30—33. 36. 39. 206
	2	Hercules et Omphale	=		155
	3	Hercules et Cacus	=		153
	4	Hercules et Antaeus	=		164
	5	Tiresias	=		84
	6	Prometheus	=		63
	7	Adulterium Veneris	=		30
	8	Ulixes et Sirenae	=		101
	9	Scylla	=		169. 212
	10	Midas et Pactolus	=		117
	11	Minerva et Vulcanus	=		37

Fulg. II	12	Dionysus	=	Myth. II	78—80
	13	Leda et cygnus	=		132
	14	Ixion	=		106. 107
	15	Tantalus	=		102
	16	Endymion et Luna	=		28
Fulg. III	1	Bellerophon	=		131
	2	Perdicca	=		130
	3	Actaeon	=		81
	4	Hero et Leander	=		218
	5	Berecynthia et Attis	=		—
	6	Psyche et Cupido	=		—
	7	Peleus et Thetis	=		206
	8	Myrrha et Adonis	=		34
	9	Apollo et Marsyas	=		115. 116. 118
	10	Orpheus et Eurydice	=		44
	11	Phineus	=		142
	12	Alpheus et Arethusa	=		173.

Fabularum ordinem, quod quidem ad maximam earum partem attinet, apud utrumque Mythographum omnino diversum esse vides. Quamquam primae quindecim fabulae eodem fere ordine dispositae sunt, tamen Mythographum e Fulgentio eum mutuatum esse nullo modo cogimur statuere; nam si quis de diis deabus heroibus scripturus est, ut a Saturno eiusque filiis exordium capiat, res ipsa fert. Idem cadit in Isid. Orig. VIII 11, qui etymologias suas ita disposuit:

> Saturnus Iuppiter Ianus Neptunus Vulcanus Pluto Liber Mercurius Mars Apollo Diana Ceres Proserpina Vesta Iuno Minerva Venus Pan Isis Serapis Fauni Fata Furiae Nympha Heroes Penates Manes Larvae Lamiae Pilosi.

Hygini fabularum genuinus ordo annis labentibus nimis perturbatus nondum restitutus est, ut cum Mythographo eas conferentes nullum fructum capere possimus. Si ordinem, qualem M. Schmidt in editionis suae praef.

reficere conatus est, prope vel etiam proxime ad primariam eius formam accedere arbitramur, hunc a Mythographo II prorsus alienum esse dicendum est, praeterquam quod uterque pariter a diis maioribus exorsus ad heroes et viros claros eorumque fata, quae scitu digna eis visa sunt, processit. Sed fabulis adnexi sunt indices non ab Hygino ipso, sed fortasse a magistro quodam in ludis litterariis Romanorum fabulas pertractante compositi (Schmidt praef. XXIX), in quibus fabulae materia propinqua vel simili artius inter se cohaerentes congestae sunt. Simili ratione Mythographus quoque usus ordine, qualem in fontibus vidit, neglecto fabulas suas hunc in modum collocavit:

fab. 1 Saturnus
- 2—15 Saturni liberi:
  - 2. 3 Iuppiter
  - 4—8 Iuno
  - 9 Neptunus
  - 10—15 Pluto
- 16 Iovis ortus et vita
- 17—28 Iuppiter et Latona eorumque liberi:
  - 18—24 Apollo
  - 25—28 Diana
- 29—50 Alii dei et deae maiores et minores:
  - 29 Mars
  - 30—36 Venus
  - 37 Minervae et Vulcani coniugium
  - 38 Priapus
  - 39—40 Minerva et Vulcanus
  - 41—43 Mercurius
  - 44 Orpheus et lyra a Merc. inventa
  - 45 Iuppiter et Aetna
  - 46. 47 Cybele
  - 48 Pan
  - 49 Faunus
  - 50 Nymphae

fab. 51—65 Titanes Gigantes alii propter audaciam a Iove puniti:
- 51 Astraeus Titan, cuius filii venti
- 52 Ventorum rex Aeolus
- 53 Gigantes
- 54 In Gigantum bello Victoria Iovi favet
- 55 Otus et Ephialtes
- 56 Salmoneus
- 57 Phaethon
- 58—62 Lycaon,filia Callisto,Icarus, filia Erigone, canis Maera, Chiron inter sidera recepti
- 63—65 Prometheus

66 Homines probi virtutis praemium consecuti: Cleobis et Bito

67—74 Homines improbi superbiae poenas solventes forma eorum transmutata: Chelone, Proeti filiae, Antigone, Arachne, Niobe, Glaucus, genus humanum, Lycus Antiopa Dirce

75—83 Epaphi progenies: Agenor, Europa, Cadums et Hermiona, Semele et Liber, Ino, Autonoe et Aristaeus, Agave

84—88 Vates: Tiresias, Branchus, Mopsus, Sibylla eiusque libri

89—92 Dei Aegyptii: Io sive Isis, Osiris

93—101 Proserpina, Ceres, Triptolemus

102—109 Homines improbi propter scelera poenas solventes: Tantalus, Danaides, Tityus, Sisyphus, Ixion, Pirithous, Phlegyae

110—114 Perseus eiusque res contra Gorgones et Atlantem gestae

115—119 Certamina: Apollinis et Marsyae, Neptuni et Minervae

120—128 Minos et Pasiphae eorumque liberi

129—131 Homines amore illicito et fatali correpti: Orion, Perdiccas, Sthenoboea

132. 133 Helena, Castor, Pollux

fab. 134—138 De Argonautis
139—143 Homines scelerati: Pontia, Amycus, Lemniades, Phineus, Oedipus
144—147 Virgines fortes: Atalanta, Harpalyce, Hippodamia
148—166 Herculis ortus, athla, mors
167—182 Homines transfigurati:
Phorcus et Glaucus in deos marinos
Scylla in deam marinam
Charybdis in mare praecipitata
Tyrrheni in delphinos
Arion a delphinis servatus
Arethusa et Acis in fontes
Ceyx et Alcyona in aves marinas
Aesacus in avem
Cyparissus et Lotus in arbores
Echo in lapidem
Narcissus et Hyacinthus in flores
Amaracus in herbam sampsuchum (Myth. I 34)
183—191 Homines bene meriti:
Pilumnus et Pitumnus stercorandorum agrorum et frumenti pinsendi invenerunt usum
Caeculus Praenestinam civitatem condidit
Telchines primus solum vertit
Tenes Tenedum insulam colit
Oebalus Campaniam subicit
Maleus tubam invenit
Codrus pro patria mortuus est
Croesus neminem ante mortem beatum esse docet
Alcon draconem occidit
192—200 Iuppiter et Electra eorumque progenies, reges Troianorum
201—215 Res post Troiam deletam gestae:
Nauplius (v. 28 *post deletam Troiam*), Aeacus, Peleus
Laocoon (v. 1 *discedentibus Graecis*)
Pyrrhus et Andromache (v. 8 *devicta Tròia*)

Hecuba et Polymestor (v. 26 *captae Troiae*)
Idomeneus (v. 41 *post eversam Troiam*)
Ulixes et Circe (v. 8 *post devictam Troiam*)
Circe et Picus, Phyllis et Demophoon, Laodamia
fab. 216. 217 Amor adulter: Cephalus et Procris, Tereus, Procne, Philomele
218. 219 Amor fidus: Hero et Leander, Hymenaeus
220—222 Vis carminum: Archilochus et Lycambes, Hipponax et Bupalus, Tyrtaeus
223. 224 Invidia: Timagenes et Iarbita, Mopsus et Calchas
225 Gula: Apitius
226 Avaritia: Opimius
227. 228 Loca clara: Dodona, Lacus Lucrinus
229. 230 Duo scelera a diis punita: Diomedes Venerem aggreditur, Oedipus matrem uxorem ducit.

Mythographus igitur materiam ita disposuit, ut a Saturno summisque diis et deabus initium capiens minorum deorum, Titanum, Gigantum, vatum, virorum feminarumque clararum fata ac facta referat, insignia pietatis, improbitatis, fortitudinis, amoris illiciti et fidi exempla, homines transfiguratos et bene meritos congereret singulis fabulis suum locum tenentibus. Ad novum commentationis caput transiens non raro a Iovis liberis orditur:

fab. 17—28 de Iovis et Latonae liberis
75—83 de Iovis et Ionis filio
93—101 de Iovis et Cereris filia
110—114 de Iovis et Danaes filio
120—128 de Iovis et Europae filio
132—133 de Iovis et Ledae liberis
148—166 de Iovis et Alcmenae filio
192—200 de Iovis et Electrae filio

Hanc sanam ac probabilem fabularum dispositionem ad Mythographum primum revocandam non esse iam primas eius fabulas conferentibus nobis perspicuum erit:

Myth. I 1 de Prometheo = Myth. II 63—65

Myth. I	2 de Neptuno et Minerva	=	Myth. II	119
	3 de duabus Scyllis	=		123. 169
	4 de Tereo	=		217
	5 de Acide et Cyclope	=		174
	6 de Cyparisso	=		177
	7. 8 de Cerere	=		97. 100
	9 de Ceyce	=		175

Omnino Myth. I non per totum libellum, sed hic illic fabulas materiae propinquitate inter se cohaerentes perpetuo narrationis tenore pertractavit:

fab. 3—11 (exc. 7. 8), 15—19, 31—34, 97—101 } de transmutationibus

23—26 de Argonautis
47—69 de Herculis athlis
74—77 de amore fido
90—94 de certaminibus
108—112 de Plutone
113—118 de Apolline
135—145 fabulae ad Troiam spectantes
148—151 de Agenore eiusque progenie
153—159 de virginibus et feminis claris
207—213 de Thetide et Achillide
214—216 de Didone et Carthagine
219—226 fabulae Romanae
229—232 de amoribus fatalibus.

Sed diligentius fabulas perscrutanti illud mihi succurrit, litterarumne ordine Myth. I fabulas suas saltem ex parte disposuerit; en testimonia:

fab. 5 Cyclops et Acis
6 Cyparissus
7. 8 Ceres
9 Ceyx et Alcyon
10 Ceres

fab. 18 Io.

fab. 19 Icarus
20 Iphigenia
fab. 21 Pelops et Hippodamia
22 Pelopis filii
23 Phrixus et Helle
24—26 Pelias et Argonautae
27 Phineus
fab. 36 Achilles
37 Asterie Apollo Diana
38 Atlantis filiae
39 Atalante et Hippomenes
40 Arisba et Helenus
41 Andromache et Molossus
42 Acheloi fluminis filiae
43 Androgeus Ariadne Phaedra
44 Aurora et Procris
45 Amymone et Palamedes
fab. 84 Praeneste et Caeculus
85 Proetides
86 Pierides
88 Pactolus et Midas
89. 90 Pan.

In fabulis igitur digerendis Myth. II neque ullum auctorem neque Mythographum I fontem secutus est, sed ordinem ad libelli institutum maxime convenientem ipse invenisse videtur, quo munere optime eum defunctum esse cognovimus.

Caput IV.

Qua aetate Myth. II floruerit.

Opusculum ipsum Mythographi II cum nihil nisi fabulas veterum commenticias complectens neque ullo loco temporum, quibus auctor vivebat, memoriam attingat neque de auctoris persona ullam reddat rationem, quisnam fuerit Mythogra-

phus cuique aetati tribuendus sit cognoscendi nequaquam nobis praebet ansam. Id unum constat Christianum eum fuisse, cum in prooemio, quod Isidoro episcopo Hispalensi debet, de deorum heroumque cultus origine apud paganos fuse loquatur atque ethnicas fabulas christiane explanare amet. Ceterum testimonia extrinsecus assumenda nobis sunt. Terminus alter, ante quem Mythographus vixit, codice Reginensi 1401 ponitur litteris saec. X (Maass, Tagesgoetter p. 256)[1]) exarato, quem ex antiquiore exemplo, id quod Maass l. l. de Myth. I quoque evicit, fluxisse apparet; nam librarii ignorantia et neglegentia permultis mendis conspersus est, et non raro eius oculus, quod supra demonstravi, singulos versus transiluit. Terminum alterum, post quem Mythographus fuit, rerum scriptores in usum ab eo conversi nobis praebent, quorum novissimus est Isidorus Hispalensis. Qui cum anno 636 p. Chr. n. vita excesserit, Mythographum II saec. VII—X tribuere cogimur. Sed quomodo ad Mythographum I? Ex quo cum permulta deprompsisset, recentiorem illo habendum eum esse Mai, Bode, Zink, Teuffel-Schwabe, Kohlmann (cf. supra p. 116), Vollmer[2]) pro certo affirmarunt. Profecto fabularum structura, ordo, delectus, genus enarrandi multo magis excultum atque expolitum est quam apud Mythographum I, ut iure ac merito Mythographum secundum Primi iam exemplum ante oculos habuisse concludamus. Itaque quoniam Schulz p. 74 saec. VIII—IX Mythographi I aetatem definiendum censuit, equidem saeculum IX—X Mythographo II vindicandum esse existimo. His maxime temporibus permulti monachi Scoti, quorum in monasteriis celeberrimis litterarum lumen nunquam exstinctum erat, a Vikingis qui dicuntur fugati[3]) antiqui-

---

[1]) Secundum Maium (praef. p. VI) codex Regin. saec. XI—XII, secundum P. Ehrle (supra p. 2) saec. XII scriptus est.

[2]) Thes. Ling. Lat. Index, Lipsiae 1904 p. 74.

[3]) H. Zimmer, Preuss. Jahrb. 59 p. 27; Zeitschr. f. deutsches Alt. 33, 325; Nenn. vind. p. 238.

tatis thesauros, libros manu scriptos poetarum Romanorum, imprimis Vergilii Aeneida et Ovidii Metamorphoses, secum portantes in terram continentem profugerunt. Quorum studiis ingentem commentariorum ac scholiorum copiam pueris Germanis et Gallis erudiendis conscriptam debemus, et nostrum quoque libellum fabularum e tali schola profectum esse talibusque rebus inservisse valde mihi probabile est.

Nomen Mythographi II enucleare iam A. Mai conatus est. Quin Lactantius Placidus opusculi mythologici auctor esset dubitari non posse, nam inter Lactantii commentarios ad Statii poemata et Mythgraphum II non solum permagnam esse similitudinem, sed saepe eandem rem (Bod. praef. p. VII); praeterea utrumque nullis saepius auctoribus usum esse quam Vergilio Horatio Lucano. Sed addit: Rem nunc prolixius urgere non libet. Quam inanibus argumentis haec Maii suspicio sustineretur iam Bodius vidit (praef. p. XVII), qui haec omnia quae Maius protulit multo melius ad Mythographum I quadrare suo iure monuit. Neque quidquam mea quidem sententia ex ea re concludere licet, quod in cod. Vindobonensi Mythographi II fabulis Lactantii Placidi excerpta ex Ovidii Metamorphoseon libris adhaerent, et in eodem codice nostro Mythographo opus Lactantii Firmiani praefixum est. Nam primum commentarios Statianos et Narrationes quae dicuntur Fabularum Ovidianarum eidem auctori Lactantio Placido tribuendas esse omnino non constat; deinde inter Lactantii Firmiani Instit. Div. libros VII et Fabularium nostrum poeticum inde a fol. 179—213 Tertulliani Apologeticus interpositus est. Ad tempus igitur, quoad alia subsidia praesto non sunt, ecquis fuerit Mythographus II et quam in aetatem incidat, in medio relinquendum nobis est.

Index fabularum.

Prooem. v. 3-18 pag. 65
18-24 11
fab. 1,27-1. 14-5 71
1,1-2. 7 65
1,2-14. 22-27 11. 39
1,15-22 84
2 12
3 12
4 72. 85
5,9-10 72
5,10-16 12
6,18-20 72
6,20-30 13. 41
7,32-37 13
7,37-40 72
8 45. 110
9 72
10 73
11,21-26 70. 73
11,26-28 14
12 65. 73
13,2-5. 10-25 14
13,6-10 73
14,27-31 85
14,31-36 74. 118
15 74
16,7-13. 18-24 14. 39
16,13-15 45
16,15-18 106
16,24-29 86. 107
17,31-40. 5-27 15. 41
17,40-5 101

fab. 18 pag. 16
19,37-42. 12-13 45. 66
19,43-5. 13-14 74
19,1-3. 5-8 86
19,8-11 66
20 74
21 75
22,31-39 46. 110
22,39-2 75
23,4-9 102
23,9-14 75
24 75. 118
25,15-26 66
25,27-35 77
26 46
27 46
28,12-14 16
28,14-18 77
29 66
30,27-35 16
30,35-4 77
31 77
32 77
33,13-14 77
33,15-25 47
34 78. 110
35,2-7 17
35,8-15 86
36,17-19 47
36,19-30 17
37,32-40 87
37,40-7. 14-16 17

fab. 37,8-14 pag. 107
37,16-19 66
38,21-26 17
38,26-30 87
39,32-5 78
39,5-17 47
40,19-28 18
40,28-40 78
41,42-2 47
41,2-3 18
41,3-11 87. 107
42,13-14. 18-20 66
42,14-18 78
42,20-26 87
43,29-32. 40-3 9. 18
43,32-40 107
44 87. 107
45 88
46 18
47 18
48 18
49,31-36 19
49,36-38 67
50 88
51 19
52 19
53,27-37 88
53,37-7 19
54 19. 39
55 47
56 19
57 19

fab.	pag.
58,4-5	102
58,5-19	48
59	48
60	89
61,34-38	107
61,38-4. 15-42	20
61,4-14	89
62,2-5	20
62,6-7	67. 108
63,10-15	63
63,15-27	79
64,29-42. 5-10	108
64,42-5	20
65,12-20	108
65,20-40	21
66	21
67	118
68	48
69	22
70	89
71,6-15	102
71,15-18	49
72	22
73	90
74	41. 110
75	49. 111
76	67. 102
77	103
78,13-39	50
78,39-43	79
79	50
80,31-42	51
80,35-37	108
80,42-2	90
80,2-8	79
81,10-16	104. 111
81,16-22	80
82	22
83	104
84	80. 111
85	52
86	52
87	22
88	22
89,2-10	10. 23
89,10-13	80
90	23
91	90
92	23
93	52
94	23
95	23
96	53
97	53. 111
98	53
99	54. 111
100	24
101,26-34	104
101,34-13	90
102	24
103	54. 112
104	24
105,13-16	54
105,16-22	63
105,22-35	25
106	55
107,6-19	80
107,20-30	25
108,32-37. 40-42	25. 39
108,37-40	55
109	25
110	90
111	55
112	90. 104
113	80
114,33-36	104
114,36-41	55
115	81
116	81
117	91
118	70. 81
119	25
120	55
121	26. 39
122	27. 39
123	27
124,36-39. 7-9	27. 39
124,39-7	55
125,11-15	91
125,16-24	28
126	28. 42
127	56
128,37-27	28
128,27-29	63
129	29
130	81
131,19-32. 37-41	56
131,32-37	29
132	39. 91
133	91
134	41. 92
135,13-22. 24-28	92
135,22-24	41
136,30-36	108
136,36-16	41. 93
137	104
138	105. 118
139	114

fab. 140	pag. 56	fab. 168	pag. 96	fab. 200,40-1	pag. 60. 112
141	57. 112	169	32	200,1-25	35. 43
142,2-15	29	170	33	201	35. 40
142,15-21	82	171	33	202,33-42. 7-22	35. 113
143	57	172	96	202,42-7	97
144	57	173	96	203	60
145	30	174	33	204	97
146	30	175	33	205	41
147	58. 118	176	34	206	83
148,23-28	59	177	60	207	36
148,28-34	30	178	34	208	36
149. 150,36-6	30	179	34	209	105
149. 150,6-12	93	180	105	210	36
151	93	181	34	211	61
152	31	182	34	212,19-23	83
153,39-6. 13-32	31	183	34	212,23-27	36
153,6-13	93	184	34	213	36
154	83	185	60	214	36
155,12-15	109	186	34	215	37
155,16-22	83	187	34	216	37
156	31	188	60	217	37
157	31	189	34	218	37
158	59	190	114	219,10-13. 31-36	37
159	31	191	34	219,13-31	61
160	60	192	96	220	63
161,14-19	109	193	35. 42	221	63
161,19-24	31	194	97	222	64
162	60. 112	195	97	223	64
163	93	196	97	224	38
164	114	197	97	225	114
165,16-11	95	198,30-34	97	226	114
165,11-29	32	198,34-3	83	227	98
166,31-36	32	199,5-12	60	228	38
166,36-38	96	199,12-27	35. 39	229	98
167	32	199,27-38	40. 97	230	62.

Vita.

Natus sum Ferdinandus Keseling in oppido provinciae Hannoveranae, cui nomen est Duderstadt, a. d. V Kal. Iul. a. 1877 patre Carolo matre Anna e gente Suchodoll, quos adhuc incolumes esse maximopere gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum primordiis in patria instructus progymnasii Duderstadiensis ac deinde gymnasii Josephini Hildesiensis fui discipulus. Maturitatis ibi testimonium vere anni 1897 assecutus per octo semestria in Academia Monasteriensi et seminario clericali Hildesiensi praelectionibus philosophis et theologicis interfui. Anno 1901 sacris ordinibus initiatus per menses duodeviginti in parochia Gottingensi animarum curae et postea per annum Brunsvigae pueris instruendis operam navavi. Hieme vero ineunte anni 1903 Gottingae (per sex menses) ad studia philologica me contuli, quae in Universitatibus Monacensi (per sex menses) et Halensi (quinque per semestria) sum persecutus.

Ac docuerunt me viri doctissimi philosophorum ordinis:

Monasterienses:	Deiters, Finke, Hagemann, Hitze, Jostes, Niehues, Schwering.
Gottingenses:	Leo, Schroeder, Viertel, Wackernagel.
Monacenses:	de Bissing, Crusius, Furtwaengler, Vollmer, Weyman.
Halenses:	Berger, Blass, Bremer, Consbruch, Dittenberger, Fries, Muff, Riehl, Robert, Saran, Schultze, Strauch, Wissowa.

Sodalis fui proseminarii philologici per duo semestria regentibus Leo, Dittenberger, proseminarii germanici per tria semestria moderantibus Schroeder, Berger, Saran, seminarii philologici per duo semestria regentibus Blass, Dittenberger, Wissowa, seminarii germanici per duo semestria moderante Strauch. Quibus omnibus gratias habeo maximas, praecipue vero Georgio Wissowa quantum debeam, qui summa cum liberalitate studiis meis favit et hac in dissertatione perficienda benignissime me adiuvit, nulla umquam delebit oblivio.